



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

IVRIS NATVRALIS

PARS POSTERIOR

COMPLECTENS

IVS FAMILIAE

IVS PVBLICVM

ET

IVS GENTIVM

IN VSVM AUDITORVM

AVCTORE

GOTTFR. ACHENWALL

CONSIL. REG. AVL. IVRIS NAT. ET GENT.

ATQVE POLITIC. IN ACAD. GEORGIA.

AVGVSTA PROF. PVBL. ORDIN.)

EDITIO OCTAVA EMENDATOR

GOETTINGAE

EX M TIBVS VICTORINI BOSSIEGELIS
C I O C C L X X X I.



CONSPECTVS
PARTIS POSTERIORIS
IVRIS NATVRALIS.

LIBER II.

Ius Sociale Vniuersale

speciatim

Ius Societatum Domesticarum
Vniuersale

Haec tractatio ad ciuitatem cognoscendam
viam sternit: eaque de causa considerat tum
Ius Sociale in genere, tum eas societates
ex quarum coniunctione promanat ciuitas,

hoc est familias; ideoque et illas societates simpliciores, ex quibus ipsa familia componitur, h. e. societatem coniugalem, parentalem atque herilem, uno verbo *societas domesticas*.

Sectio I. Ius Sociale Vniu. in genere.

Consideratur

I. in genere societas *tit. I.*, quoad eius

1. notionem §. 1.

2. ius vniuersale 4.

A. intrinsecum s. internum 5.

B. extrinsecum s. externum 14.

II. in specie societas

1. aequalis *tit. II.* 22.

2. inaequalis *tit. III.* 32.

Sectio II. Ius Societatum Domesticarum Vniuersale §. 41.

I. simplicium

Ius Matrimonii *titulus I.* 42.

2. **Ius Societatis Parentalis** tit. II. 53.
3. **Ius Societatis Herilis** tit. III. 65, specia-
timque dominicae 71.
- II. compositae ex his simplicibus seu familiae**
tit. IV. 78.

LIBER III.

Ius Ciuitatis Vniuersale

speciatim

Ius Publicum Vniuersale 85.

Iam Ciuitatis Ius pertractandum, tum In-
trinsicum, quo praecipue continetur *Ius
Publicum Vniuersale*; tum Extrinsecum,
quo potissimum pertinet *Ius Gentium Vni-
uersale* §. 86 87.

Sectio I. Ius Publicum Vniu. in genere.

Considerantur

I. generatim ciuitatis

1. characteres 89.

(3

2.

2. fundamentum, pactum vniōnis ciu.
91. et pactum ordinatiōnis ciuilis 92.

II. speciatim imperium ciuile, quale compētit

1. populo vi originis 94.

2. imperanti ciuili, in quem translatum 97. vi pacti subiectionis 98; eiusque imperii

A. diuisio in

a. plenum vel minus plenum 99.
b. absolutum vel restrictum 100.

B. obligationes et iura connexa generalia 101.

C. extenſio 106.

D. līmites 107.

III. specialius diuersae rerumpubl. formae e legibus fundamentalibus cognoscendae 109. 110.

Ius Publicum Vniū. tradit iura ac obl. imperantis et subditorum ciuilium mutuas, quae vel 1) ex notione ciuitatis et impe-

imperii ciuilis per se, 2) vel posita simul speciali reip. constitutione, 3) vel denique posita laesione ciuis colligi possunt.
Vnde tria Iuris Publ. Vniu, capita deducuntur.

Sectio II. Ius Publicum Absolutum seu de regimine ciuitatis.

Ad iura maiestatis per se consideratae pertinet

A. generatim tit. I. potestas

a. legislatoria 113.

b. exsecutoria 117.

c. inspectoria 119.

B. speciatim

2. in statu reip. ordinario

a. quoad media fini reip. in seruentia s. vires ciuitatis *tit. II. ius*

A. munerum ciuilium 120. et hinc dignitatum ciuilium 122.

B. reddituum publicorum 123. et hinc
tributorum 125.

b. quoad finem reip. s. salutem publicam
et quidem

I. intrinsecam

A. securitatem *tit.* III.

a. potestas iudicaria 126.

b. ius armorum 129.

B. felicitatem *tit.* IV.

a. in genere 130.

b. in specie ius

c. politiae 131.

C. circa religionem et ecclesiam
tit. V. 132.

II. extrinsecam *tit.* VI.

A. in genere 142.

B. in specie

a. ius conuentionum publicarum et
foederum 142.

b. ius legationum 143.

c. ius belli et pacis. 144.

2. in statu reip. extraordinario ius eminentis
tit. VII. 145, complectens et dominium
 eminentis et potestatem eminentem
 146.

*Sectio III. Ius Publicum Vniu.
 Hypotheticum, scilicet de diuersis
 rerump. formis.*

Pro differentia legum fundamentalium respu-
 blica est

I. simplex, eaque

I. pura

A. monarchia *tit.* I. 149, quae diuersa
 esse potest quoad modum

a. exercendi imperium; quod est

A. plenum et absolutum 151. vel

B. minus plenum aut limitatum 152.

b. habendi imperium *tit.* II., qui mo-
 dus est

A. originarius, pactum 158.

B. deriuatiuus, ynde monarchia
 ipsa est

- a. generatim
 electitia 160. vel
 hereditaria 165. vel
 mixtae successionis 167.
 b. speciatim hereditaria est vel suc-
 cessionis patrimonialis 169.
 vel

iure familiae hereditaria 171.

- B. respublica stricte d. *sic*, III. specia-
 timque

- a. democratia 174.
 b. aristocratia 180.

2. mixta 186.

- II. composita ex pluribus rebus p. h. e. systema
 foederatarum rerump. 190.

Sectio IV. Modi ius suum perse-
 quendi in Ciuitate.

Cuius laedens est

- I. subditus ciuilis 191, contra quem competit
 imperanti ciuali

- A. generatim ius cogendi 193.

B.

B. speciatim circa eius delicta et quasi-delicta
ius puniendi 194.

C. specialius circa crīmina atrocia ius necis
197.

2. imperans ciuilis, qui laedit

A. singulum subditum 200, vnde ius sub-
diti laesi

a. principale, placidis modis quaerēndi iu-
ris sui consecutionem,

b. subsidiarium; ius egrediendi e ciuitate
202.

B. integrum populum aut certe partem eius
insignem 203, ex quo imperii abusu tan-
dem enasci potest

a. in monarchia tyrannis 204. circa quam
A. vera principia iuris stabiuntur 205.

B. spuria refutantur

a. machiauelliistarum,

b. monarchomachorum 206.

b. in aristocratia oligarchia,

c. in democratia ochlocratia 207.

* additur sententia nostra de Iure Ci-
uili Priuato Vniueriali.

LIBER

LIBER IV.

Ius Gentium Vniuersale.

Ordo sectionum ex conspectu Iuris
mere Naturalis intelligi potest.

Sectio I. Ius Gentium Vniu. in
genere.

Iuris Gentium Vniu.

1. conceptus 209. 210.
2. extensio 211. 212..
3. differentia a Iure N. in genere et Iure mere
Nat. singulorum 213.

Sectio II. Ius Gentium Vniju. Ab-
solutum.

trudit

1. generatim iura atque obligationes gentium
absolutas 214.
2. speciatim
- A. ius in sui conseruationem 215. addito
fauore necessitatis 217.

B.

- B. ius libertatis naturalis 218, 219,
- C. ius existimationis aequalis 220.
- D. ius sese perficiendi, adquirendi et potestiam augendi 223.

Sectio III. Ius Gentium Vniu. Hypotheticum.

considerat gentis

I. dominium et ius territoriale tit. I.

- A. in genere 224.
- B. in specie ius
 - a. exteris gentes arcendi a territorio suo 226.
 - b. loca et res vacuas territorio inclusas sibi proprias habendi 227, item
 - c. accessoria territorii 228.
 - d. perigrinos tamquam subditos temporarios spectandi 229.
 - e. occupandi 231.

- f. derelinquendi 233.
- g. exteris ius constituendi in territorio suo 234.

2. Ius pactorum publicorum tit. II.

A. in genere de pacti publici 284.

- a. requisitis 235.
- b. effectibus 239.

B. in specie

- a. de foederē 241.
- b. de conuentionibus gentium accessoriis 242.

A. Guarantia 243.

B. pacto de dando oblide 245.

3. Ius legationum tit. III.

Legati 246. iura ac obligationes

A. in genere 247.

B. in specie

- a. circa admissionem et transitū per alterius gentis territorium 248.

b. admissi et ex pacto transeuntis legati

A. generatim 252.

B. speciatim

a. exterritorialitas 253.

b. iniuiolabilitas et sanctitas 256.

c. ius, genti mittenti adquirendi,
eamque obligandi ex pacto suo
258.

Sectio IV. Ius Belli Gentium.

trudit

i. ius gentis laesae in laedentem

A. in genere 259.

B. in specie

a. ius repressiliarum 260.

b. ius retorsionis 261.

c. ius belli publici 262, vbi docetur

A. caussa belli iustifica

a. vera 263.

b. spuriae 264.

B.

- B.** ius circa belli initia 267.
C. ius in bello 269.
1. quousque extendatur intuitus
 a. finis 270.
 b. mediorum coactiuorum
 a. generatim 271.
 b. speciatim
 N. in personas hostiles 272.
 D. in res hostiles 273.
 y. specialius ad quaerendum
 belli socios 275.
2. quomodo limitetur circa pacta
 277. speciatim bellica 278.
 a. vniuersalia 279.
 b. particularia 280.
- D.** ius circa pactum pacis 281.
E. modos lites gentium finiendi 283.
A. placidos 284.
B. violentos, speciatim pactum vi bellica
 extorsum 286.

IVRIS

IURIS NATURALIS

PARS POSTERIOR

COMPLECTENS

IUS FAMILIAE

IUS PUBLICVM ET

IUS GENTIVM.



IVRIS NATVRALIS

LIBER. II.

IVS SOCIALE VNIVERSALE

SPECIATIM

IVS SOCIETATVM DOME- STICARVM.

SECTIO I.

IVS SOCIALE VNIVERSALE IN GENERE.

§. 1.

Considerauimus parte operis huius priori iura atque obligationes naturales, quae in *statu hominum singulorum extraociali seu naturali* obtinent: nunc ad eas, quae ex *sta- tu sociali* deducuntur, explicandas accingimur §. 60. et 61. part. I. Repetendum hic vero e

A 2

Pro-

4. LIB. II. s. I. IUS SOCIALE VNIVERSALE.

Prolegomenis Iuris Naturalis, quod, si plures ad obtinendum finem quemdam communem non-transitorium seu perdurante in iungant vires, ex tali coniunctione seu *confociatione* oriantur *societas*. Consistit igitur *SOCIETAS* in unione pluritim ad persequendum finem communem non-transitorium, seu consistit in eo statu perdurante plurimum, quo iunctis sue unitis viribus ad eundem finem consequendum tendunt. Singuli ita uniti appellantur *SOCII* (membra societatis), et sociorum eiusdem societatis coplexus etiam *societas* vocatur §. 82. Proleg. Coiuero igitur homines ea potissimum ex ratione in societates, ut tales fines, qui usum virium per multos actus successivos continuatum requirunt, et sine alibrum auxilio vel plane nequeunt vel difficiliter possunt obtineri, consequi daretur. Atque ita factum est, ut homines praeter illam *societatem universalem*, cuius quilibet per ipsam naturam constituitur membrum §. 82. et 83. Prol., in plures coalescerent *societas particulares* §. 91. Prol.: de quibus, quod ad earum iura atque obligationes naturales easque perfectas et externas attinet, nunc exponendum.

T I.

TITVLVS I.

DE

SOCIETATE IN GENERE.

I. F. LANGEMACKII *allgemeines gesellschaftliches Recht*, Berlin 1745. 8.

§. 2.

Cogitatur vero in omni societate 1) *finis communis*, ergo *unio voluntatum et bonum commune*, ad quod obtinendum omnes socii conferunt vires, ut obtentum in omnes redundet; 2) *unio virium*, tamenquam medium finis socialis, hinc cooperatio omnium sociorum, ad mutuum sibi praestandum auxilium (adiutorium) in omnibus iis, sine quibus finis societatis obtineri nequit; 3) *plura negotia socialia*, hoc est fini societatis inferuentia, a sociis peragenda §. 1.

§. 3.

Caeterum societates potissimum differunt *fine*, cuius gratia ineuntur; et cuiuslibet **SOCIETATIS SALVS** consistit in progressu ad finem suum

A 3

fo-

6 LIB. II. s. I. IUS SOCIALE UNIVERSALE.

socialem consequendum haud impedito § 85.
Prol.; *societasque omnis*, pro coetu sociorum
sumta, quatenus generatim consideratur, tam-
quam una persona ea propter spectatur, quia
omnes socii iunctis viribus ad eundem finem con-
tendunt §. 92. Prol.

§. 4.

Scientia legum naturalium posito statu sociali obseruandarum vocatur IUS SOCIALE UNIVERSALE (*Ius Sociale Naturale*, *Ius Naturale Societatum*). Ergo *Ius Sociale Uniuersale* est *Ius Naturale* ad *societas applicatum*, docetque iura atque obligationes naturales, quae posita denum *societate quadam particulari* concipi possunt.

§. 5.

Societas considerari potest vel *intrinsece* et per se, respectu *sociorum suorum*; vel *extrinsece*, respectu *extranorum* (*exterorum*), hoc est *nun - sociorum*: inde *Ius Sociale Uniuersale* in *Internum* et *Externum* dispescitur.

Ius ergo Sociale Uniuersale Internum tradit iura atque obligationes naturales, quae focus er-

ga se inuicem competit, et potissimum eas, quae ipsis competit qua talibus, quae I U R A atque OBLIGATIONES vocantur *stricte* et *simpli-*
citer SOCIALES, et diuersae sunt ab iis, quae sociis erga se inuicem competit, licet tantum ut homines considerentur, quippe haec iura atque hac obligationes sunt simpliciter naturales.

Atque eodem significatu etiam *lex socialis*, *su-*
tum et *officium sociale* sumuntur *stricte*, si neimpo-
posita demum societate enata, et vi eiusdem talia
facta sunt; quum latiori significatu *lex, obligatio,*
ius, suum, officium appellantur *socialia*, quae quomodocumque ad Ius Sociale Vniuersale pos-
sunt referri.

§. 6.

Supponenda igitur est societas, cuius socii fi-
bi inuicem ad finem communem *externe obligan-*
tur. In hac ponitur 1) *obligatio* cuiuslibet socii
erga quemlibet consocium ad facienda, quae ad
finem socialem consequendum pertinent, et hinc
2) *ius* socii cuiuslibet in quemlibet consocium;
ut faciat, quae ad finem socialem obtinendum
pertinent. Ergo in omni societate ponitur obli-
gatio

LIB. II. S. I. IUS SOCIALE VNIVERSALE.

gatio quaedam socialis, affirmativa, mutua, idenque etiam ius quoddam sociale, affirmatum, mutuum. Nexus iurium atque obligacionum inter plures est NEXVS IURIDICVS, nexus iuridicus inter socios, quatales, est NEXVS SOCIALIS (sensu iuridico). Quare in omni societate ponitur nexus quidam, qui inter socios omnes intercedit, socialis.

§. 7.

Ergo quilibet socius commune bonum promovere; hinc omittere, quae saluti societatis aduersantur, committere, sine quibus finis socialis obtineri nequit, eius remedia adhibere, impedimenta remouere tenetur; non tamen ultra quam potest § 8. I.

Quatenus igitur socius faciendum, quod bonum commune concernit, obligatur, eatenus bonum commune bono sibi proprio (privato) preferre tenetur. Hinc bonum commune et salus societatis suprema societatis lex dicitur. Atque ex his obligationibus socialibus iura socialia correlata intelliguntur.

§. 8.

§. 8.

Si sumatur societas ex pluribus quam duobus hominibus composita; extenditur obligatio socialis singuli cuiusuis socii in plures consocios et totam societatem, concipitorque simul vice inversa obligatio sociales totius societatis erga singulum quodque societatis membrum. Atque ita in eiusmodi societate ius quoddam sociale uniuersorum in singulos, singulique cuiuslibet in uniuersos concipitur.

§. 9.

SOCIETAS, quae pacto constituitur, est **VOLUNTARIA** (pactitia); quae citra pactum coalecit, **NECESSARIA** (legalis). Sunamus nunc societatem voluntarium, quippe ad quam unam fere omnes pertinent. Quum fundamentum iuris et obligationis socialis societatis voluntariae ex pacto repetendum sit; *societas voluntaria pacto valido nitatur, necesse est, quoniam ex pacto invalido nullum ius nullaque obligatio pactitia nascitur.* Et quoniam societas, quae pacto dumtaxat praesumto, vel quae iniusto ni-

titur, ius et obligationem socialem producere nequit, ideoque non est societas intrinsece et per se spectata §. 5. 6; ponenda societas voluntaria talis, quae pacto expresso vel tacito innititur, quaeque non ad iniustum finem persequendum coalescit, SOCIETAS non illicita, sed LICITA, quae et dicitur LEGITIMA.

§. 10.

In societate igitur pactitia 1) et *obligationes sociales* et *iura socialia* ex pacto et fine societatis dimicenda sunt, ideoque 2) quilibet socius facere obligatur, quae ad consequendum finem socialem conuentum facere potest, et praeterea etiam, de quibus, ut ab ipso fiant, specialiter conuentum. 3) Quoniam vero iure atque obligationes sociales, quae e fine societatis voluntariae colliguntur, pacto speciali tum restringi tum extendi possunt, consensus vero expressus tollat consensum tacitum contrarium §. 194. I; consequitur, ut in aestimandis iuribus atque obligationibus societatum voluntiarum primario patet, finis vero socialis in subsidium dumtaxat sit babenda ratio, conf. et §. 194. I.

§. 11.

§. 11.

Consideranda porro hoc loco *societas*, qualis est ab origine, quae scilicet coalescit ex hominibus, qui singuli hactenus in statu constituti erant naturali. Posita societate ponitur status socialis, et eatenus cessat singuli cuiusque socii status naturalis respectu consociorum et societatis suae. Hinc et *libertas naturalis sociorum restringitur quoad eas actiones, circa quas vi initiae societatis contraxete obligationem.* E contrario quoad eas, in quibus ut socii spectari non possunt, ipsis adhuc superest libertas et status naturalis. Quam obrem socii in iis caussis, in quibus ut socii spectari non possunt, inuicem utuntur lute mere Naturali, si nempe societas consideretur, qualis est ab origine.

§. 12.

Si socius consocium laedit, ius laezi in laeden-tem ex pacto et fine sociali metuendum est §. 10. Quod si vero res in abstracto spectetur, laeso contra laudentem competit ius cogendi vel etiam dis- scedendi a societate §. 284. L.

Quam-

Quamobrem si singulus laedit vniuersos seu integrum societatem, ab vniuersis cogi vel a societate excludi potest; si contra singulus ab vniuersis laeditur; laeso cogere vniuersos, vel excedere societate licet.

§. 13.

Ceterum si socius consocium laedit ita, ut eius factum pacto vel fini sociali repugnet; vniuersi simul laedi intelliguntur, et laeso ius est postulandi ab vniuersis auxilium contra laedentem §. 2. Atque ita societati integrace, cogendi vel excludendi laedentem non tantum ius nascitur, sed obligatio etiam.

§. 14.

Ius Sociale Vniuersale Externum explicat iura atque obligationes naturales, quas sociis erga extraneos competunt; consequenter huc pertinent, quaecumque singulo cuius socio vel vniuersae cuilibet societati respectu tum singulorum exterorum, tum aliarum societatum earumdemque sociorum singulorum tribui possunt,

§. 15.

§. 15.

Quum socii coniunctis viribus ad communem finem agant, atque ideo iura ac obligationis cuius tali fine talique virium viri connexae, ipsis communes sint; *societas est persona moralis* (corpus mysticum, morale) §. 92. Pr., et ab exteris tamquam talis spectari et debet et potest.

§. 16.

Porro *societas vi originis respectu exterorum est persona* in statu naturali degens, ideoque libera §. 77. et §. 96. Prol. et §. 11., hinc ab exteris tamquam libera spectanda. Quamobrem etiam *plures societas diuersae naturaliter, hoc est vi originis, considerandas sunt ut plures personae liberae, quae erga se inuicem utuntur Iure mere Naturali.*

§. 17.

Quoniam *societas, quae ad persequendum finem iniustum coalescit, ex. gr. eaterua latronum, sua natura atque ab ipsa origine est illicita* §. 9, *animumque laedendi manifeste prodit* §. 270. I;

ex-

*exteris ex iure securitatis competit ius non patien-
di, ut societas, quae ad finem iniustum coalescit,
subsistat, binc ius cogendi singulos et vniuersos,
ut discedant ab hac vnione iniusta, atque ita so-
cietas disoluatur.*

§. 19.

E contrario societati legitimae competit respectu extraneorum iuris, quae cuilibet personae liberae sunt tribuenda §. 16: ergo etiam ius in sui, qua societatis, vnionisque ergo suae socialis conseruationem, porro ius finem socialem quibuscumque actionibus, modo non iniustis perseqendi, ius aequalitatis, existimationis bonae simplicis et reliqua iura status naturalis absoluta. Inde concipiuntur *iura societatis absoluta*, quae scilicet cum ipso societatis ortu ipsi cooruntur.

§. 19.

Nec minus eiusmodi societas rerum a se occupatarum sit domina, rerum sibi propriarum accessoria ipso iure, et alienum pacto adquirit. Hinc intelliguntur *iura societatis adquisita*.

§. 20.

§. 20.

Denique laesae societati contra extraneum laedentem competit ius cogendi, ius violentiae, hostilitatis, belli, indemnitatis, defensionis, securitatis praeventionis, vindictae et reliqua iura laesi in laedentem. Atque ita concipi possunt *iura laesae societatis in laedentem extraneum aliquam societatem laedentem.*

§. 21.

Quemadmodum vero iura mere naturalia liberae societati competit, ita quoque *obligationibus mere naturalibus ipsa adstringitur.* Teneatur itaque tribuere extraneo cuilibet, quod suum est, iuraque eiusdem connata vel adquisita non violare, stare promissis, debita soluere, damnum datum reparare cet. Inde concipiuntur *obligationes societatis absolutae et hypotheticae seu iusto seu iniusto facto contractae.*

TITV.

TITVLVS II.

DE

SOCIETATE AEQVALE

§. 22.

Ius socii, determinandi pro arbitrio, quae a consocio facienda sunt, est IMPERIVM; et persona, cui competit imperium, IMPERANS (superior) est. SOCIETAS, in qua reperitur superior, seu in qua aliquis sociorum habet imperium in consocium, INAEQVALIS (rectoria); si minus, AEQVALIS (aequatoria) dicitur. Posito imperante ponitur SUBDITVS (inferior, subiectus), qui imperio alterius subest, seu ab eo, dependet, et SUBJECTIO, dependentia alicuius ab imperio alterius.

§. 23.

Si societas ab origine simpliciter contrahitur; omnium sociorum ad finem communem persequendum eadem est obligatio et idem ius §. 6, hinc omnes, qua socii, sunt aequales §. 80. I, nemini

mini competit praerogativa §. 83. I., nemini in alterum competit potestas §. 69. I. nec imperium §. 22. Quare *societas eiusmodi* (ergo *omnis*, ceu hoc loco spectatur §. 9. et §. 11.) *naturā* -
ter est *aequalis* §. 22. Immo licet expresse conueniatut, vt socio alicui ius quoddam competit, que ceteri carent, vel vt socius ad quid praestandum obligatus sit, ad quod ceteri non tenentur; attamen *societas esse potest aequalis*, quoniam datur *praerogativa*, quae non est *imperium*, et datur *obligatio praecipua*, quae non est *subiectio*.

§. 24.

Quum in societate aequali sociorum ius ac obligatio sit eadem §. 23; *quidquid fines communis consequendi gratia fieri debet a sociis societatis aequalis, communī ipsorum consensu est determinandum.* Atque in hoc sociorum consensu eomuni consistit voluntatis *societatis*, qua vnius personae..

§. 25.

Quum in societate multa negotia sint expedienda §. 2., *consensu vero omnium sociorum ad*

B

deter-

determinandum singulorum quodque negotium vno quoque tempore exigi nequeat, aut certe difficulter obtineri possit; *salus societatis requirit*, ut ea, quae finis consequendi causa semper eodem modo fieri debent, communè consensu determinantur, simul atque societas contrabitur. Quo facto efficiuntur leges societatis, quae conuentio- nales (pactitiae) dicuntur, quoniam socii iis vi pacti immediate adstringuntur §. 182. I. Et talis lex socialis, cuius vis obligandi est perdu- rans, strictius appellatur LEX SOCIALIS.

Hic legibus socialibus cum ipso societatis ortu constitutis potissimum determinari solent tum negotia socialia praecipua et ordinaria, quae et quomodo sint expedienda; tum vero etiam ipse nodus consentendi validus in negotiis reliquis adhuc indeterminatis, pro rerum circumstantiis aliquando determinandis.

§. 26.

Quodsi nempe casu emergente boni communi gratia aliquid faciendum, quod consensu hoc sociorum origario legibusque societatis non dum

dum est determinatum; communi iterum consensu ut de eo statuatur, opus est. Atque hoc votis potissimum perficitur.

Est vero VOTVM (suffragium) declaratio voluntatis socii societati facta de eo, quod communis consensu determinatum est. Si voto declaratur voluntas positiva (volitio), VOTVM diciatur AFFIRMATIVVM; si voluntas negativa (nolitio), NEGATIVVM; si hypothetica, HYPO-THETICVM; si absoluta, CATEGORICVM. Porro VOTVM, quum sit declaratio; vel erit EXPRESSVM (explicitum), quo referendum est SCRIPPTVM et ORALE; vel TACITVM (implicitum), quo pertinent varia facta commissiva, immo et facta omissiva pertinere possunt §. 88. I.

Ceterum, si ex voto socii oritur quodam modo societati obligatio, ad conformiter ei agendum, VOTVM dicitur DECISIVVM; si vero talis obligatio nullo modo exinde oritur, votum appellatur LIBERATIVVM (consultatorium, consultatiuum), VOTA vero eorum, qui eiusdem sunt sententiae, dicuntur CONSENTIEN-TIA, DIVERSA (dissentientia). e contrario illorum, quorum sententiae in diuersum abeunt.

§. 27.

In, quod faciendum per vota determinatur,
CONCLVDITVR; unde **CONCLVSVM**, quod
ita determinandum est. Ergo *in societate aequali*
vota sociorum consentientia concludunt §. 26,
et *eatenus in societate aequali votum cuiuslibet*
socii est decisum §. 26. Conclusa de iis, quae
quouis casu simili emergente eodem modo facien-
da, ad *leges societatis strictius dictas* pertinent §.
25; distincta ab iis, quae ad casum datum vnic
directa sunt, quorum vis obligandi est transitoria.

§. 28.

VOTA VNANIMIA sunt, si vota omnium
sunt consentientia; si maioris tantum societatis
partis, **MAIORA** (plurima); si minoris tantum
partis, **MINORA**; **PARIA** autem, si consentien-
tium et dissentientium idein numerus. Quo exi-
tum habeant negotia, et subsistat societas, *inter se*
maximopere cuiuslibet *societatis*, *ut vota maio-*
ra concludant, hoc est ut, quod maiori sociorum
parti visum fuerit, id habendum sit pro volunta-
te omnium, atque ita per partem maiorum minor
ers obligetur. Quonia m vero in societate pa-
citia

icitia ultra consensum nemo sociorum tenetur. vota maiora, si nempe e solo pacto res decidenda, non concludunt, nisi ita inter socias fuerit conuentum expresse vel tacite. Immo si ita conuentum fuerit, dissentiente uno omnes dissentire intelliguntur.

• Pari etiam ratione, vota numerari an ponderari debeant? quora pars votorum consonorum concludat? an absentium quoque, utrum dumtaxat praesentium suffragia in censum veniant? an in paritate votorum certae personae votum vincat, utrum calculus Minervae obtineat, vel res in eo statu, quo est, maneat, cet.? utrum denique in diuersorum votorum pluralitate sequendum sit id, quod paucioribus displicet; quum sequi non liceat id, quod plurimis placet? illud omne ex legibus conuentis dimetiendum est.

1. Io. Iacob. MÜLLERI diff. de iure partis maioris, recus. Ienae 1751.

2. Henr. COCCETI diff. de eo, quod iustum est circa numerum suffragii, Francof. ad Viadr. 1705., et in diff. eiusd. Vol. II. p. 36.

3. Sam. Frider. WILLENSBERG⁸ commen-

tatio, de votorum pluralitate non concludente,
Ged. et Lips. 1750. 4.

§. 29.

Ceterum evidens est, 1) omnes leges societatis *aequalis naturaliter esse conuentionales* §. 25; 2) quoniam generatiū leges sociales determinant media, ad finem socialem assequendum necessaria §. ead., nullam societatem sine legibus subsistere, nulliusque salutem sine custodia legum conservari posse; 3) singulū quenque sociū legibus societatis subesse h. e. teneri, ideoque transgressione earū violare ius vniuersorum; 4) quenquam qui recipitur in societatem, se legibus societatis subiicere h. e. proinittere illārum obseruantiam expresse vel tacite.

§. 30.

Clarum etiam est, cuilibet societati vi libertatis naturalis competere ius, leges sociales pro arbitrio ferendi, easdemque, quando visum fuerit, tollendi, immutandi, aliasque condendi. Eatenus, quamquam singuli legibus adstringuntur

tur, uniuersi tamen sunt supra leges positi: quippe omnis vis pacti a paciscentium consensu §. 252. I., hinc et vis legum conuentionalium a communi sociorum consensu vnice dependet.

§. 31.

SOCIETAS ad dies vitae inita est PERPETUA; ad certum tempus, quod vita breuius iudicatur, TEMPORARIA. Societatis igitur perpetuae lex est, ne umquam a societate discedatur; ideoque nemini singulo discedere licet in universis uniuersis; quod contra in societate temporalia, elapso tempore conuento, licet omnipo. Sed uniuersis tamen soluere societatem, etiam perpetuam, communis consensu integrum est §. praec.



TITVLVS III.

DE

SOCIE TATE IN A E QV A L I.

I. Valent. VELTHEMII diss. *de iure imperio quaesito*, Ien. 1674. recus. 1678.

II) Petri van VRIESVLIET diss. *de adquisitione originaria iuris in personas*, Lugd. Batau. 1740.

§. 32.

Imperans habet ius obligandi subditum, ut actiones suas pro subitu imperantis, hinc ad eius voluntatem sic et non aliter determinet; alias imperium esset inutile §. 22. Quum vero voluntas alterius cognosci nequeat nisi sufficienter declaratur §. 165.; imperans aliter obligare non potest subditum nisi declarando sufficienter, quod a subdito fieri velit. Atque ideo *imperanti* competit *ius praefribendi facienda et leges ferendi subditis.*

Quamobrem *subditus* obligatur, actiones suas ad voluntatem imperantis componere, seu *praescripta*

scripta (imperata) superioris facere, hoc est,
iPSI OBEDIRE (parere), obligatur ad obedien-
tiam (obsequium).

§. 33.

Imperium est ius sociale, affirmatum §. 6,
et praecipuum, hinc praerogativa respectu sub-
ditorum §. 72. I, quorum libertas naturalis quo-
ad eas actiones, in quas imperanti qua tali ius
competit, cessat §. 84. I.

§. 34.

Imperans, quatenus est talis, *babet in leges*
ferendi subditis tum circa ea, quae semper eó-
dem modo facienda sunt, *quarum obligatio est*
perdurant; tum circa ea, quae casu eueniente
facienda, *quarum obligatio est transitoria* §. 32.
25. 27. Hinc vero etiam *tus ipsius* deriuatur,
efficiendi, ut *subditi legibus praescriptis* satisfa-
ciant, alias imperium esset inutile; itemque *iuris*
in omnia media ad hunc finem necessaria, hinc
et in omnes actus cum tali fine connexos.

Quoniam porro imperans legem ferens obliga-
tio-

gationem imponit subditis, non sibi met ipsi; *imperans legibus a se latis* naturaliter ipse non teneatur. Et denique quum leges imperantis viam suam immediate habeant ab eius voluntate et arbitrio; *imperanti etiam ius est*, tales leges a se latas mutandi, tollendi que et alias ferendi,

§. 35.

De ceterò quum *iuris imperantis ex pacto*, unde naturaliter oritur §. 9. et 11., et *fine societatis aestimandum* §. 10; *imperans obligatur ad finem societatis persequendum*, hinc tenetur *imperio vii in salutem societatis*, et *leges*, quas fert, *bono communi accommodare*. Quin *iis*, de quibus inter ipsum et subditos specialiter conuentum est, *vi pacti tamquam legibus conventionalibus*, *ipse etiam tenetur*, neque *eas inuitis subditis tollere vel mutare potest*.

§. 36.

Si societas rectoria est perpetua §. 31; et *imperium sociale et subiectio socialis est perpetua*, hinc nec *subditus subjectionem excutere inuito* *im-*

imperante, nec hic imperio se abdicare inuitis subditis potest: quod contra fieri in temporaria iure potest §. 31. Qui igitur se alteri in perpetuum subiicit, renuntias libertati naturali, eamque transiert et alienas eatenus, quatenus se subiicit: ex aduerso qui se alteri ad tempus subiicit, suspendit duntaxat libertatis suae exercitium per illud tempus, quoad imperio subest.

§. 37.

IMPERIVM perpetuum in omnes alterius actiones est DESPOTICVM, imperium in certas tantum actiones, seu fuerit perpetuum seu temporiuum, est TEMPERATVM. Hinc societatis inaequalis intelligitur esse vel despotica vel temperata, et subiectio vel despotica (omnimoda) vel temperata. Subiectio omnimodo dicitur SERVITVS, qui in servitute est, seruus, servi superior DESPOTA. Seruo itaque nihil plane libertatis naturalis supereft, quippe posita imperio perpetuo in omnes actiones alterius, huius libertas omnis tollitur.

§. 38.

Temperati imperii complures conceipi possunt
spec.

species, sine potissimum discretae. Generatim vero obseruandum, quod, *qui se subiicit imperio perpetuo temperato, eius libertas quoad eas actiones tantum, in quas imperanti ius transfert, tollatur, hinc imminuatur duumtaxat, et ipsi quoad reliquias actiones superfit libertas, minus plena ergo §. 74.* I, pars et residuum libertatis naturalis. Qui se ad tempus subiicit, eius libertas, abscisse loquendo, nec tollitur, nec imminuitur, sed restringitur saltem §. 36. Quoniam vero subditi quoad eas actiones, in quas imperanti ius non competit, sunt liberi, et imperanti aequales vi originis §. 11; omniae *societas inaequalis temperata in causis socialibus, quae iuri imperantis non subsunt, spectanda ut societas aequalis;* hinc imperans et subditi spectandi ut socii aequales; in causis vero non socialibus imperans et subditi utuntur iure mere Naturali §. 11.

§. 39.

Ceterum quum nemo obligetur ultra quam potest physice et moraliter §. 31. I, nec obligatio subditi ullius, nec ideo *imperium ullum exten-*

tenditur in ea, quae physice fieri nequeunt, vel Diutno Iuri sunt contrario. Per se etiam patet, imperium hominis non extendi nisi in actiones liberas externas. Quoniam porro omne imperium boni communis gratia constitutum est §. 2. et eo fine ius praescribendi subdito facienda imperanti competit; *imperium, quamvis in iure actiones subditorum pro arbitrio determinandi consistat §. 22, neutquam ius, de vita et substantia subditorum pro arbitrio disponendi, comprehendit.* Atque ius differt imperium tamquam ius in personas a dominio tamquam iure in res, et simul intelliguntur *limites naturales imperii in abstracto spectati, et quibus etiam actus imperii per se illicite colligi possunt.*

1. Ioh. Fried. K A Y S E R diss. *de diuerso dominii et imperii iure,* Giessae. 1728.

2. Iac. R A V E *Betrachtung ueber den Unterschied der Oberherrschaft und des Eigentums,* Jena u. Leipz. 1766. 8.

§. 40.

Si subditus obligationi suae erga imperantem non satisfacit, violat ius imperantis ~~euinque~~ laedit. In subditum laudentem imperanti competit ius cogendi, ut obligationi suae satisfaciat; in maleficum, hoc est dolose laudentem §. 117. Pr., simul ius vindictae §. 271. I. Vindicta superioris in subditum est P O E N A stricte et in sphæra Iuris Socialis ~~simplificiter~~ dicta. Imperanti igitur vi imperii competit ius puniendi subditum maleficum, hinc et inobedientem, qui obediens §. 32. dolose recusat, nec non ius poena sancienda legum suarum obseruantiam, ut nempe proposito malo a transgressione legum absterreantur §. 34. Consistit igitur poena (si non pro actu puniendi, sed prius effectu sumitur) in malo, quod superior infligit inferiori ob eius maleficium; daturque ius puniendi in eum finem, ut subditus maleficus nolit vel nequeat amplius laedere §. 271, datur etiam ad deterrendum alios subditos a lae-
dendo §. 34. Facta igitur inculpabilia punire nequit imperans; culposis mala proponere et in-
ferre potest, ut reus aliquique attentiores in facien-
do

do officio fiant §. 271. I. et §. 34, minori tamen gradu quam dolosis factis. Et talia mala ad *pocnam* latiori sensu referri solent, vnde *ius punientis*, ad omnes laesiones subditorum culpabiles et imputabiles extenditur,



SECTIO

SECTIO II.

IUS SOCIETATVM
DOMESTICARVM
VNIVERSALE.

§. 41.

SOCIETAS, quae alias societates habet pro partibus suis, est COMPOSITA; sì minus, SIMPLEX: refertur tamen ad simplices, quaecumque tales esse possunt: Quoniam Iuris Socialis Vniuersalis scopus est, vt intelligatur *Ius Ciuitatis*; ciuitas vero e familiis, familia ex societate matrimoniali, parentalı et herili est composita; istae vero societatis simplices vna cum familia sub communii nomine *societatum domesticarum* comprehenduntur §. 94. et 95. Prol.; considerandum nunc est IUS SOCIETATVM DOMESTICARVM VNIVERSALE, quo traduntur iura atque obligationes, quae in societate matrimoniali, parentalı, herili et in familia naturaliter obtinent.

Tr.

TITULUS I.

DE

MATRIMONIO.

§. 42.

Societas maris et feminae, ad procreandam atque educandam sobolem (prolem) inita, MATRIMONIVM (coniugium, societas coniugalnis) dicitur. Est vero EDUCARE curare, ut, quis ob teneram aetatem se ipsum perficere nondum valet, ad id aptus efficiatur. Si qua alia igitur de causa inter marem et feminam contrahitur societas, ea matrimoniu[m] non est. Socii matrimonii sunt CONIVGES: mas coniux MARIUS, femina coniux VXORI.

I. Due dissertationi sopra il fine primario del matrimonio: la prima del Canonico Giuanandrea IRICO IC., la II. del Conte Don Diego RUSINI, Bergamo 1753. 4.

Quum procreatio sobolis et procreatæ educatione non possit non finibus diuinis accenseri: omnis concubitus his finibus contrarij, consequenter omnis coitus extra matrimonium;

C

imme

immo omnis memoriam genitalium usus filius voluptatis percipiendae gratia, uno verbo omnis *vaga libido* Legi Diuinæ Naturali aduersatur.

§. 43.

Matrimonium naturaliter est societas voluntaria §. 9. *simplex* §. 41, et *aequalis* §. 20. *Ex pacto* tamen vel expresso vel tacito maritus adquiere imperium potest, atque ita *uxor* subiicitur *marito*.

§. 44.

Quoniam igitur ad validitatem matrimonii pactum validum requiritur: consequens est, ut 1) qui *inabilitis* est ad procreandam vel educandam subolem, siue per aetatem seu per corporis aut intentis defectum quendam, eius matrimonium sit nullum; 2) qui ad matrimonium incundem *fraude* inducitur vel vi iniusta aut metu iniusto compellitur, ex matrimonio non tenetur, quin potius contra fraudatorem et vim inferentem ius laesi exercere possit; 3) conualefcere tamen talismodi coniugium vitiosum, si postea partis laesae accesserit ratihabitio §. 157. I. not.

I. His-

1. Hieron. DELPHINI de *Eunuchi coniugio scripta collecta*, Ien. 1737. 4.

2. I. H. BOEHMERI diff. de *matrimonio coacto*, Hal. 1717.

§. 45.

PACTVM, quo matrimonium initur, est MATRIMONIALE; a quo distingui possunt SPONSALIA, pactum de matrimonio ineundo. Ad impleti pacti matrimonialis initium (prima thori conscientia) NUPTRIAE appellantur, qui sponsalia contraxerunt, ante nuptias vocantur DESPONATI, ergo SPONSVS vel SPONSA. Vniti per nuptias sunt CONIVGES, MARITVS, VXOR sive etius dicta (§. 42.) Si bina sponsalia contradictione fuerint celebrata, priora derogant posterioribus, licet bis nuptiae accesserint §. 190. I.

§. 46.

In societate coniugali si ponis utriusque sexus non nisi vnum coniugem, matrimonium est MONOGAMIA; si plures eiusdem sexus, POLYGAMIA (polygania simultanea, ut a successiva seu Deuterogamia distinguatur). Si sumis in coniugio plures coniuges utriusque sexus, existit COMMUNIO

MVNIO Vxorvm; si plures alterius sexus dumtaxat; vel est coniugium vnius maris cum pluribus feminis, **POLYGYNIA** (polygamia virilis); vel vnius seminae cum pluribus maribus, **POLYANDRIA** (polygamia muliebris). Species polygaminas est **BIGAMIA**, coniugium vnius cum duobus alterius sexus. **BIGAMIA** est vel vnius maris cum duabus feminis, **BIGYNIA** (bigamia virilis); vel vnius feminae cum duobus maribus, **BIANDRIA** (bigamia muliebris).

Praeterea matrimonium vel *perpetuum* esse potest vel *temporarium* §. 31.

Reliquis matrimonii speciebus *perfectior* est *monogamia perpetua*, ad **ARCTISSIMAM** sumunt **VNIONEM** inita, hoc est ad mutuum in omnibus vitae casibus adiutorum: vnde nascitur oannis vitae confortium. Haec quippe fini societatis *conjugalis* primitario obtinendo conuenientior reperiatur et teste experientia et iudice ratione.

* *Polyandriam* natura abhorret: *polygynia* pluribus adhuc gentibus recepta, nec defuerunt populi, qui *communioni vxorum* indulserunt.

I. *Scripta*, quibus pro *monogamia* contra *polygamiam* disputatur, vel *polygamia* defenditur.

ditur, et singulatim, quae ad quadruplex *Bellum de polygamia exortum*, puta *Ochinianum*, *Boeckelmannianum* seu *Boegerianum*. *Lyserianum* et *Willebergianum* pertinent copiosa manu suppeditat MEISTER in *Bibl. Jur. Nat.* part. III. voc. *polygamia*.

§. 47.

Coniuges sibi inuicem obligantur 1) ad omnia, quae ad procreandem educandamque prolem necessaria sunt §. 42., nec non 2) ad reliqua, de quibus specialiter inter ipsos conuentum. Tenerunt itaque coniunctum onera matrimonii ferre, hinc et vitae necessaria (sustentationem) subiecti coniunctum procurare, ergo ALIMENTA, hoc est victuum, amictum, habitationem ipsi coniunctum praestare.

Inde fides §. 184. I. *coniugalis* concipitur, ad quam uterque coniugum adstringitur, *ex pacto et fine coniugii metiendu*.

§. 48.

Quoniam matrimonium contrahentes ad futuri coniugis qualitates individuales maximopere solent respicere; neuter coniugum censendus est, ea iura, quae vi pacti matrimonialis in alterum transtulit, ita transiulisse, ut eadem pro lubitu

in alium quemdam transferre possit, ideoque ut ipsi competant qua transmissibilia §. 243. l. Iam vero ultra consensum et intentionem declaratam pacientes sibi inuicem non tenetur: ergo uterque coniugum censendus est, transtulisse in alterum iura personalissima tantum. Hinc itaque conficitur, iura coniugis in coniugem qua talia esse personalissima, atque inde etiam obligatio-nes coniugis in coniugem qua talem esse persona-lissimas, nexusque ideo coniugalem §. 6. esse personalissimum.

§. 49.

Coniuges monogamiae obligantur, sibi solis inuicem usum corporis ad generandam sobolem concedere. Quamobrem concubitus talis coniugis cum persona extranea est iniustus, et datae fidei coniugali contrarius. Concubitus coniugis cum persona extranea dolosus est ADULTERIUM; cuius facti reus est ADULTER, rea ADULTERA.

§. 50.

VITA, quae ducitur in societate domestica §. 41., est DOMESTICA; res et negotia, quae ad vitae

vitae domesticae commodum pertinent, RES DOMESTICAE, NEGOTIA DOMESTICA, uno verbo RES FAMILIARIS, rei familiaris cura est OECOMOMIA.

Coniuges matrimonii perfectioris §. 46. simul obligantur, sibi inuisum in omnibus vitae casibus praesto esse; hiuc etiam cobabitare, et communiter rem familiarem curare, ideoque communem habere oeconomiam. Vterque igitur coniux ad res domesticas comparandas et conseruandas, et negotia domestica peragenda tenetur, quantum potest.

§. 51.

Si violatur fides coniugalis, et generalius, si coniux a coniuge laeditur; pars laesa contra laedentem iure cogendi vti, aut discedere a societate matrimoniali potest §. 12.

Posterior sit per DIVORTIVM, quod consistit in dissolutione matrimonii viuis coniugibus facta. Itaque contra adulterum vel adulteram laesae parti competit ius ad diuortium.

* Controversiae circa iura diuortiorum inter Io. Frid. KAYSERVM et aduersarios,

gationem imponit subditis, non sibi met ipsi; *imperans legibus a se latis* naturaliter ipse non tenetur. Et denique quum leges imperantis vim suam immediate habeant ab eius voluntate et arbitrio; *imperanti etiam ius est*, tales leges a se latas mutandi, tollendi que et alias ferendi.

§. 35.

De cetero quum *iuris imperantis ex pacto*, unde naturaliter oritur §. 9. et 11., et *fine societatis aessu mandum* §. 10; *imperans obligatur ad finem societatis persequendum*, hinc tenetur *imperio vii insalutem societatis*, et *leges*, quas fert, *bono communi accommodare*. Quin ita, de quibus inter ipsum et subditos specialiter conuentum est, vi pacti tamquam *legibus conventionalibus*, ipse etiam tenetur, neque eas iuuitis subditis tollere vel mutare potest.

§. 36.

Si *societas rectoria est perpetua* §. 31; et *imperium sociale et subiectio socialis est perpetua*, hinc nec *subdatus subjectionem excutere inuito* im-

*imperante, nec hic imperio se abdicare iuris
subditis potest: quod contra fieri in temporaria
iure potest §. 31. Qui igitur se alteri in perpe-
tuum subiicit, renuntias libertati naturali, eam-
que transfert et alienas eatenus, quatenus se sub-
iicit; ex aduerso qui se alteri ad tempus subiicit,
suspendit diu taxat libertatis sive exercitium per
illud tempus, quoad imperio subest.*

§. 37.

I M P E R I U M perpetuum in omnes alterius actiones est **D E S P O T I C U M**, imperium in certas tan-
tum actiones, seu fuerit perpetuum seu tempora-
rium, est **T E M P E R A T U M**. Hinc societatis inae-
qualis intelligitur esse vel *despotica* vel *tempera-
ta*, et *subiectio* vel *despotica* (omnimoda) vel
temperata. Subiectio omnimodo dicitur **S E R-
V I T Y S**, qui in servitute est, seruus, servi su-
perior **D E S P O T A**. Seruo itaque nihil pla-
ne libertatis naturalis supereft, quippe posita
imperio perpetuo in omnes actiones alterius, hu-
ius libertas omnis tollitur.

§. 38.

Temperati imperii complures conceipi possunt
spe.

species, sine potissimum discretac. Generatim vero obseruandum, quod, *qui se subiicit imperio perpetuo temperato, ejus libertas quoad eas actiones tantum, in quas imperanti ius transfert, tollatur*, hinc *imminuatur duintaxat, et ipsi quoad reliquias actiones superfit libertas, minus plena* ergo §. 74. I, pars et residuum libertatis naturalis. Qui se ad tempus subiicit, eius libertas, abscisse loquendo, nec tollitur, nec imminuitur, sed restringitur saltem §. 36. Quoniam vero subditi quoad eas actiones, in quas imperanti ius non competit, sunt liberi, et imperanti aequales vi originis §. 11; omnis *societas inaequalis temperata in causis socialibus, quae iuri imperantis non subsunt, spectanda ut societas aequalis*; hinc imperans et subditi spectandi ut socii aequales; in causis vero non socialibus imperans et subditi utuntur iure mere Naturali §. 11.

§. 39.

Ceterum quum nemo obligetur ultra quam potest physice et moraliter §. 31. I, nec obligatio subditi ullius, nec ideo imperium ullum exten-

tenditur in ea, quae physice fieri nequeunt, vel Diutno Iuti sunt contrario. Per se etiam patet, imperium hominis non extendi nisi in actiones liberas externas. Quoniam porro omne imperium boni communis gratia constitutum est §. 2. et eo fine ius praescribendi subdito facienda imperanti competit; *imperium*, quamuis in iure actiones subditorum pro arbitrio determinandi consistat §. 22, *neutquam ius, de vita et substantia subditorum pro arbitrio disponendi, comprehendit.* Atque ius differt *imperium* tamquam ius in personas a *dominio* tamquam iure in res, et simul intelliguntur *limites naturales Imperii* in abstracto spectati, et quibus etiam *actus Imperii* per se *illiciti* colligi possunt.

1. Ioh. Fried. KAYSER diss. *de diverso dominii et Imperii iure*, Giessae. 1728.

2. Iac. RAVE *Betrachtung ueber den Unterschied der Oberherrschaft und des Eigentums*, Jena u. Leipzig. 1766. 8.

§. 40.

Si subditus obligationi suae erga imperantem non satisfacit, violat ius imperantis euinque laedit. In subditum laedentem imperanti competit ius cogendi, ut obligationi suae satisfaciat; in maleficum, hoc est dolose laedentem §. 117. Pr., simul ius vindictae §. 271. I. Vindicta superioris in subditum est **P O E N A** stricte et in sphæra Iuris Socialis *simpliciter* dicta. Imperanti igitur vi imperii competit ius puniendi subditum maleficum, hinc et *inobedientem*, qui obediens §. 32. dolose recusat, nec non ius poena sanciendi legum suarum obseruantiam, ut nempe proposito malo a transgressione legum absterreantur §. 34. Consistit igitur poena (si non pro actu puniendi, sed *per effectu suum*) in malo, quod superior infligit inferiori ob eius maleficium; daturque ius puniendi in eum finem, ut subditus maleficus nolit vel nequeat amplius laedere §. 271, datur etiam ad deterrendum alios subditos a laedendo §. 34. Facta igitur inculpabilia punire nequit imperans; culposis mala proponere et inferre potest, ut reus aliquique attentiores in faciendo

do officio fiant §. 271. I. et §. 34, minori tamen gradu quam dolosis factis. Et talia mala ad *pocnam* latiori sensu referri solent, vnde *ius puniendo*, ad omnes laesiones subditorum culpabiles et imputabiles extenditur,



SECTIO

SECTIO II.

I VS SOCIETATVM
DOMESTICARVM
VNIVERSALE.

§. 41.

SOCIETAS, quae alias societates habet pro partibus suis, est COMPOSITA; sicut minus, SIMPLEX: refertur tamen ad simplices, quaecumque tales esse possunt: Quoniam Iuris Socialis Vniuersalis scopus est, ut intelligatur *Ius Ciuitatis*; ciuitas vero e familiis, familia ex societate matrimoniali, parental et herili est composita; istae vero societatis simplices una cum familia sub communi nomine *societatum domesticarum* comprehenduntur §. 94. et 95. Prol.; considerandum nunc est I VS SOCIETATVM DOMESTI- CARVM VNIVERSALE, quo traduntur iura atque obligationes, quae in societate matrimoniali, parental, herili et in familia naturaliter obtinent.

Tr-

TITVLVS I.

DE

MATRIMONIO.

§. 42.

Societas maris et feminæ, ad procreandam atque educandam sobolem (prolem) inita, MATRIMONIVM (coniugium, societas coniugalis) dicitur. Est vero EDUCARE curare, ut, qui ob teneram aetatem se ipsum perficere nondum valet, ad id aptus efficiatur. Si qua alia igitur de causa inter marem et feminam contrahitur societas, ea matrimoniu[m] non est. Socii matrimonii sunt CONIVGES: mas coniux MARIUS, femina coniux Vxor.

I. Due dissertationi sopra *il fine primario del matrimonio*: la prima del Canonico Giuanandrea IRICO IC., la II. del Conte Don Diego RUSTINI, Bergamo 1753. 4.

Quum procreatio sobolis et procreatae educatione non possit non *finibus diuinis* accenseris: omnis concubitus his finibus contrariis, consequenter omnis coitus extra matrimonium;

C

imme

immo omnis memoriam genitalium usus folius voluptatis percipiendae gratia, uno verbo omnis *vaga libido* Legi Diuinæ Naturali aduersatur.

§. 43.

Matrimonium naturaliter est *societas voluntaria* §. 9. *simplex* §. 41, et *aequalis* §. 20. *Ex pacto* tamen vel expresso vel tacito maritus adquirere imperium potest, atque ita *uxor* subiicitur marito.

§. 44.

Quoniam igitur ad validitatem matrimonii param validum requiritur: consequens est, ut 1) qui *inabilitis* est ad procreandam vel educandam sobolem, siue per aetatem seu per corporis aut mentis defectum quendam, eius matrimonium sit nullum; 2) qui ad matrimonium ineundem *fraude inducitur* vel *vi iniusta* aut *metu iniusto compellitur*, ex matrimonio non tenetur, quin potius contra fraudatorem et vium inferentem ius laesæ exercere possit; 3) conualefcere tamen talismodi coniugium vitiosum, si postea partis laesæ accesserit ratihabitio §. 157. I. not.

I. His-

1. Hieron. DELPHINI de *Eunuchi coniugio* scripta collecta, Ien. 1737. 4.

2. I. H. BOEHMERI diss. de *matrimonio coacto*, Hal. 1717.

§. 45.

PACTVM, quo matrimonium initur, est MATRIMONIALE; a quo distingui possunt SPONSALIA, pactum de matrimonio ineundo. Ad impleti pacti matrimonialis initium (prima thori conscientia) NUPTRIAE appellantur, qui sponsalia contraxerunt, ante nuptias vocantur DESPONATI, ergo SPONSVS vel SPONSA. Vniti per nuptias sunt CONIVGES, MARITVS, VXOR, sive Etius dicta (§. 42.) Si bina sponsalia contradictione fuerint celebrata, priora derogant posterioribus, licet bis nuptiae accesserint §. 190. I.

§. 46.

In societate coniugali si ponis vtriusque sexus non nisi vnum coniugem, matrimonium est MONOGAMIA; si plures eiusdem sexus, POLYGAMYA (polygania simultanea, ut a successiva seu Deuterogamia distinguatur). Si sumis in coniugio plures coniuges vtriusque sexus, existit COMUNIO

MVNIO Vxorvm; si plures alterutrius sexus dumtaxat; vel est coniugium vnius maris cum pluribus feminis, **POLYGYNIA** (polygania virilis); vel vnius seminae cum pluribus maribus, **POLYANDRIA** (polygania muliebris). Species polygamiae est **BIGAMIA**, coniugium vnius cum duobus alterius sexus. **BIGAMIA** est vel vnius maris cum duabus feminis, **BIGYNIA** (bigamia virilis); vel vnius feminae cum duobus maribus, **BIANDRIA** (bigamia muliebris).

Praeterea matrimonium vel *perpetuum* esse potest vel *temporarium* §. 31.

Reliquis matrimonii speciebus *perfectior* est *monogamia perpetua*, ad **ARCTISSIMAM** similem **VNIONEM** inita, hoc est ad mutuum in omnibus vitae casibus adiutorum: unde nascitur omnis vi-
tae consortium. Haec quippe fini societatis con-
iugalis priuarij obtinendo conuenientior reperi-
tur et telle experientia et iudice ratione.

* *Polyandriam* natura abhorret: *polygynia* pluribus adhuc gentibus recepta, nec defuerunt populi, qui *communioni vxorum* indulserunt.

I. Scripta, quibus pro *monogamia* contra *polygamiam* disputatur, vel *polygamia* defen-
ditur,

ditur, et singulatim, quae ad quadruplex *Bellum de polygamia exortum*, puta *Ocbinianum*, *Boeckelmannianum* seu *Boegerianum*, *Lyserianum* et *Wilsenbergianum* pertinent. copiosa manu suppeditat MEISTER in *Bibl. Jur. Nat.* part. III. voc. *polygamia*.

§. 47.

Coniuges sibi inuicem obligantur 1) ad omnia, quae ad procreandem educandamque prolem necessaria sunt §. 42., nec non 2) ad reliqua, de quibus specialiter inter ipsos conuentum. Teneuntur itaque coniunctum onera matrimonii ferre, hinc et vitae necessaria (sustentationem) sub obli- coniunctum procurare, ergo ALIMENTA, hoc est victuum, amictum, habitationem ipsi coniun- etim praestare.

Inde fides §. 184. I. coniugalis concipitur, ad quam uterque coniugum adstringitur, *ex pacto et fine coniugii metiendu.*

§. 48.

Quoniam matrimonium contrahentes ad futuri coniugis qualitates individuales maximopere solent respicere; neuter coniugum censendus est, ea iura, quae vi pacti matrimonialis in alterum transtulit, ita transtulisse, ut eadem pro lubitū

in alium quemdam transferre posse, ideoque ut
ipsi competant qua transmissibilia §. 243. L. Iam
vero ultra consensum et intentionem declaratam
pacientes sibi inuicem non tenetur: ergo uter-
que coniugum censendus est, translatisse in alte-
rum iura personalissima tantum. Hinc itaque
conficitur, *iura coniugis in coniugem qua talia
esse personalissima, atque inde etiam obligatio-
nes coniugis in coniugem qua talem esse persona-
lissimas, nexusque ideo coniugalem §. 6. esse
personalissimum.*

§. 49.

*Coniuges monogamiae obligantur, sibi solis
inuicem usum corporis ad generandam sobolem
concedere. Quamobrem concubitus talis coniugis
cum persona extranea est iniustus, et datae
fidei coniugali contrarius. Concubitus coniugis
cum persona extranea dolosus est A D V L T E-
R I V M; cuius facti reus est A D V L T E R,
rea A D V L T E R A.*

§. 50.

*VITA, quae ducitur in societate domestica §.
41., est DOMESTICA; res et negotia, quae ad
vitae*

vitae domesticae commodum pertinent, RES DOMESTICAE, NEGOTIA DOMESTICA, uno verbo RES FAMILIARIS, rei familiaris cura est OECOMOMIA.

Coniuges matrimonii perfectioris §. 46. simul obligantur, sibi inuicem in omnibus vitae casibus praesto esse; hinc etiam cohabitare, et communiter rem familiarem curare, ideoque communionem habere oeconomiam. Vterque igitur coniux ad res domesticas comparandas et conseruandas, et negotia domestica peragenda tenetur, quantum potest.

§. 51.

Si violatur fides coniugalis, et generalius, si coniux a coniuge laeditur; pars laesa contra laedente in iure cogendi vti, aut discedere a societate matrimoniali potest §. 12.

Posteriorius sit per DIVORTIVM, quod consistit in dissolutione matrimonii viuis coniugibus facta. Itaque contra adulterum vel adulteram laesae parti competit ius ad diuortium.

* Controversiae circa iura diuortiorum (inter Io. Frid. KAYSERVM et aduersarios,

LIB. II. S. II. IUS SOCIET. DOMESTICARVM.

puta Io. Mich. LANGIVM et God. Lud. MENCKENIVM) editis opusculis agitatae, collectae atque coniunctim editae, ed. tertia, Halae 1737. 4. Reliquo de hac materia commentationis enumerat MEISTER Bibl. Iur. Nat. p. I. voc. Diuortium.

§. 59.

Quum et fides sponsalitia §. 45, et 184. I. concipi possit; pari modo et ex eius violatione parti laesae ius datur, vel cogendi leudentem, vel dissolundi sponsalia. Dissolutio sponsaliorum, viuis despontatis facta, vocatur REPUDIVM.

TITVLVS II.

DE

SOCIETATE PARENTALI.

1. Gotthelf Ehrenreich BECKERI diff. de fundamento iuris patrii, Lips. 1686.

2. Io. Balthas. WERNHERI diff. de iure parentum et liberorum secundum legem naturae, Lips. 1698, et in Ensd. dissertt. Iuris Nat. (Vitemb. 1721. 8.)

3. Io. Eberh. ROESLERI diff. de imperio

rius parentum in liberos, Tübinger. 1718.

4. Ge. Christian. GEBÄVERI diff. *de patria potestate*, Gotting. 1750, cap. I,

§. 53.

Quoniam proles, ex generatione, ideoque facto parentum hoc est patris atque matris communis, existentiam nonciscitur, et cuiilibet naturaliter ius competit, ex opera sua adquirendi, id scilicet quod opera sua iusta produxit §. 149. I: parentibus in prolem, filium, filiam, liberos competit ius adquisitum. Ius parentum in prolem qui tales dicuntur PATRIA POTESTAS, vel potius, si exacte loquendum, PARENTALIS; quum ius in prolem non patri proprium; sed matri eum patre ideoque parentibus sit commune,

§. 54.

Proles est homo: ergo ipsi ad minimum con-nascitur ius, eorum omnium, quae homini naturaliter competere possunt, ultimum et supremum, quippe a lege diuina de se conseruando, quae omnis iuris perfecti fons atque fundamen-tum est, immediate proficiens, ius in vitae et corporis suis conseruationem §. 137. I. con. §.

142. Prol. Itaque parentum ius in liberos non continet ius eos distruendi, nec ius de vita et corpore ipsorum pro lubitu disponendi; et generationi concipi nequit tamquam dominium, quippe proles non res est, sed homo.

§. 55.

Ergo parentalis potestas est tantum ius in actiones prolis, ideoque ius; actiones liberorum pro lubitu eatenus dirigendi, quatenus haec directio cum conseruationi ipsorum consistere potest. Parentibus itaque in prolem competit ius affirmatiuum §. 82. I.

§. 56.

Ad parentalem potestatem igitur pertinet ius educandi §. 42. Ergo parentibus ius competit, liberos aptos efficiendi ad bene beataque viendum, seu ad vitam hominis ex sece viuendam, hoc est ad sibi met ipsiis prospiciendum de iis, quibus ad conseruationem sui indigent, et ad agendum conformiter voluntati diuinae; consequenter ius instituendi liberos in religione, scientiis, artibus mediisque, vitae sustentationem sibi quaerendi honestam.

Non

Non vero ad solum ius educandi restringitur parentum potestas; quin potius generati inuoluit ius efficiendi, ut proles actiones suas ad voluntatem parentum, consequenter etiam in utilitatem parentum componat, quatenus ius prolis connatum non violatur.

§. 57.

Parentes qua coninges ad prolem educandam, hinc et ad alendam sibi inuicem obligantur §. 42. Itaque expositio infantis, denegatio alimentorum, et omnis actio parentis, qua corpus prolis violatur, aut mens corruptitur est laesio.

Hujc parentum ad educandam prolem obligatiōni, quae (praeter illam moralem, qua Summo Numinī adstrictius tenentur) ipsis erga se inuicem ex pacto matrimoniali incumbit, et quae est affirmatiua §. 82. I, respondet *ius affirmatiuum* quum *patris in matrem, tum matris in patrem, ut prolem progenitam, quanto fieri studio possit, educet.* Ast vero ex eodem officio parentalī deduci non potest *ius prolis in parentes affirmatiuum*, eo sensu, ut proli compētāt iūs quoddam strictum, exigendi a parentibus, quo ipsi alimenta praebeant, eamque eduent.

At-

Atque eatenus *educatio* et *speciatim alimenta*, quae a parentibus proli priuis potissimum vitae annis praeflantur, ipsi *perfecte non debentur*; quin potius proles inaturum iudicium nacta, id emone, quod a parentibus ipsi in hac aetatis suae imbecillitate praeflitum fuit, tamquam *merum parentum beneficium per omnem vitam agnoscere obligatur*,

§. 58.

Ceterum inter parentes atque prolem nulla intercedit societas, antequam proles cooperit vnu intellectus pollere: quippe antea nulla prolis action tamquam libera, ergo nec illa eiusdem ad finem quemdam socialem persequendum obligatio cogitari potest. Vti vero soboles vnu intellectus sensim instruitur: ita et ipsius sensim progeneratur obligatio, ad actiones suas ad parentum voluntatem componendas §. 55. Quum vero proli qua homini simul ius competat in sui conservationem §. 54, ideoque et in eius medium, vitae sustentationem; quatenus exeritium potestatis parentalis impedit prolem, quo minus sibi ipsa de vitae necessariis prospicere possit; parentes ad ea soboli procuranda obligantur,

Hac

Hæc itaque ratione concipiatur coniunctio parentum et prolis eorum fine, 1) respectu parentum, ut mediante educationis continuatione, eaquo perfecta, mediante saltuum sustentatione prolis, ex actionibus eius utilitatem capiant, 2) respectu proles, ut mediante subiunctione sub parentalí potestate perficiatur et alatur. Quam igitur ex hac coniunctione enascatur *unio ad obtainendum finem quicundam compositum*, et eatenus *communem* §. i; concipiatur inde societatis inter parentes, vel inter patrem aut matrem dumtaxat, et prolem, quæ tales; quae dicitur **SOCIETAS PARENTALIS**, speciatimque **PATERNA** vel **MATERNA**, prouti inter solum patrem vel solam matrem et prolem intercedit.

* Finis parentum priuarius quidem a fine prolis primario distat in societate parentalı; sed tamen *finis parentum intermedius cum fine primario sobolis et v. v. conueniunt*, et eatenus parentibus et prolis idem est finis, ipsis hoc casu communis, ad quem obtainendum quum iungantur parentes et soboles, efficitur societas §. i. Atque eiusmodi quidem *compositum finem* in pluribus aliis societatibus pari modo obseruare licet.

§. 59.

Societas parentalis circa pactum colescit, ideoque est 1) *legalis* §. 9; licet varia pacta ex postfacta ad eam accedere possint, 2) *simplex* esse potest, 3) est *inaequalis*; potestas enim parentum est imperium §. 55. et 22, consequenter et dependentia prolis est subiectio, quae, qua talis, dicitur **SVBIECTIO FILIALIS**.

§. 60.

Quamobrem *parentibus* vi *parentalis imperii ius est praescribendi liberis*, quae eos agere oporteat; obligandi eos, ut ad libitum patentium actiones attemperent; per eorum operas adquirendi, immorigeros puniendi cet. Hinc liberi contra parentum consensum sese alteri obligare, matrimonium inire, egredi e familia cet. nequeunt.

§. 61.

Et quoniam *parentalis potestas non restringitur ad solam educationem* §. 56; perdurat, licet proles educatione haud amplius indigat.

EMANCIPATIO est actus, quo parentes problem

leim ex potestate parentalı diuinitunt. Emancipatione igitur parentes potestati suae renunciant, et proles *emancipata in statum naturalem transit* et fit sui juris §. 84. I. *Consensus parentum in matrimonium vel separatam oeconomiam proliſ eatenus tollit parentalem potestatem, quatenus eius exercitium inde redditur impossibile;* atque eatenus consensus eiusmodi est *emancipatio tacita.*

§. 62.

Fundamentum potestatis parentalis est factum generationis §. 53; hinc fundamentum subiectio-
nis filialis erga parentes in eo positum est, quod proles parentibus vitam seu existentiam ferat ac-
ceptam. Ergo cui non debet vitam proles, eius
nec potestati parentalı subest. Immo quum pro-
les, qua homo, respectu extraneorum sit in statu
naturali, ideoque gaudeat libertate naturali; pro-
les nullius nisi parentum agnoscere tenetur potesta-
tem parentalem. Ergo parentes alienare pro-
arbitrio parentalem potestatem non possunt; con-
sequenter *parentalis potestas est ius personalissi-
mum, subiectio filialis obligatio personalissima*
§. 243. I.

Ac-

* Accedit, quod maxime interfit prolis, utrum parens ipse exerceat parentalem potestatem, an tertius. Parentis virtusque imperium mitigatur naturali illo insito stimulo *et nos socios, qui paternus maternusque amor in serio fructu quaeritur.*

§. 63.

Eam vero parentalis potestatis particulam, quae sola educationis iure continetur, valide a parentibus alienari, et a tertio exerceri posse largior, quam educatio non nisi imperfectionem prolis tendat §. 42. Hinc oritur conceptus TUTELAE, quae consistit in iure educandi vice parentum (vicario). Cui competit tutela, est TUTOR, TUTRIX; qui educatur a tute, est PUPILLVS, PUPILLA; societas inter tutorem et pupillum, quatales, est SOCIETAS TUTELARIS. Tutela itaque et societas tutelaris cessat, simul atque pupillus aptus est ad vitam hominis ex se esse viuendam, quoniam tunc non amplius indiget educatione §. 56.

§. 64.

Patri esset soli propria omnis parentalis in problem

lem potestas, nisi adesset mater, cuius communione ius pater agnoscere obligatur §. 53: quod vice inuersa etiam de matre admittendum est. Hinc mortuo parentum alterutro parentalis potestas est propria soli superstiti siue pater siue mater fuerit. *Ius defuncti parentis in prolem devoluitur insuperstitem* (ei adcrescit). Matre itaque defuncta proles munet sub *patria potestate*, patre defuncto sub *materna potestate*.

Vtique parentum mortuo tollitur prolis subiectio filialis, incipit status naturalis.

TITVLVS III.

DE
SOCIETATE HERILLI.

§. 65.

OPERAE, quae usibus vitaे domesticæ §.
50. inferuiunt, DOMESTICAE sunt. Subiectus,
qui pro alimentis operas domesticas praeflare obli-
gatur, FAMVLVS; si est femina, ANCILLA di-
citur. Famuli vel ancillæ superior est HERVS.

D

ME

HERA. Societas inter herum heramue et famulu-
lum ancillamue, qua tales, est SOCIETAS HE-
RILIS.

§. 66.

*Societas herilis 1) simplex esse potest, 2) est inaequalis. Famulus et ancilla sunt subditi heriles, eorumque qua talium subiectio est subiec-
tio herilis: herus et hera sunt imperantes heri-
les, eorumque qua talium imperium herile impe-
rium (potestas herilis).*

§. 67.

*Ius heri in famulum, consequenter et famuli
obligatio in herum eo tendit, ut operae domesti-
cae a famulo ad voluntatem heri, consequenter
in utilitatem heri praestentur: ius famuli in he-
rum, consequenter et obligatio heri in famulum
pro fine habet, ut alimenta ab hero præbeantur
famulo.*

§. 68.

Quoniam societas herilis naturaliter est paclitia
§. 9: *specialiora iura atque obligationes heri et
famu-*

famuli mutua *ex contractu*, quo *societas herilis* constituta est, *determinantur*. Qualia igitur alimenta, quanta et quomodo ea *herus famulo*; qualesque operas, quantas et quomodo eas *famulus hero* promisit: talia tantaque alimenta *herus famulo*, talesque et tantas operas hic isti conuenio modo debet. Contractus eiusmodi est *contractus do ut facias* §. 215. I, *ad finem non-transitorium* §. I.

§. 69.

Alimentis substitui potest eius aequivalens. §. 202. I, speciatim *pecunia*. §. 205. I. Hinc perinde est, siue promittentur *famulo* alimenta seu certa pecuniae summe, vnde sibi alimenta comparare possit, *alimentorum vicarium*. Posteriori casu *societas herilis* nititur *locatione conductione operarum* §. 217. I, et *pecunia*, quae *famulo* debetur, est *merces* §. *cad.* I. Inde **FAMVLVS** et **ANCILLA** pro mercede conducti, dicuntur **MERCENARIIS**.

§. 70.

FAMVLVS vel omnes operas vel certas dumtaxat præstare tenetur; porro **OPERA S** debet vel ad omne vitae tempus, **PERPETVAS** vel ad certum tempus, quod vita breuius fore iudicatur.
TEMPORARIAS. **FAMVLVS**, qui ad certas et temporarias dumtaxi operas tenetur, **LIBERIOR**, qui ad perpetuas vel omnes vel certas dumtaxat, **RESTRICTIOR** est.

Ceterum famulus, qui ad omnes et perpetuas operas obligatur, est seruus §. 37, et speciatim etiam appellari potest **SERVVS DOMESTICVS** aut **SERVA DOMESTICA**, si est ancilla. Herus serui est despota §. 37, et speciatim dici solet **DOMINVS SERVI**, aut hera **DOMINA SERVI**, eiusque potestas in seruum **POTESTAS DOMINICA**. Subiectio serui domestici est seruitus §. 37, et in specie vocatur **SERVITVS DOMESTICA**; societas dominum inter et seruum domesticum, qua tales, est despotica §. 37, et speciatim nominatur **SOCIETAS DOMESTICA**.

§. 71.

Domino itaque ius competit perpetuum, ex operis servi omnes utilitates, quae in vita domestica desiderari possunt, capiendi §. 70; hinc etiam ius, per operas servi adquirendi. Quamobrem seruus citra domini consensum neque adquirere sibi, neque obligare se aliis, neque excutere servitutis iugum potest.

Actus, quo dominus seruum ex potestate dominica dimittit, est **M A N V M I S S I O**. Quum dominus in manumissione potestati dominicae renunciet: seruus, qui manumittitur, redit in statum naturalem, et fit liber. Seruus manumissus **L I B R T Y S** vocatur.

§. 72.

Seruitus, quae nititur consensu servi coacte seu exorto, est **C O A C T A S E R V I T V S**; quae vltroneo, **V L T R O N E A** §. 181. I. Inde et **S E R V V S** vocatur posteriori casu **V L T R O N E V S**, priori **O B N O X I V S**, uno verbo **M A N C I P I V M**.

Datur consensus exortus, qui est validus, §. 304. I; hinc etiam datur potestas dominica vali-

D 3

da

da et *seruitus salida*, licet fuerit *exorta* ex. gr. si debitor, qui non est soluendo, in seruitutem redigitur a creditore, ut operis praeflitis, quae aequiparantur bonis, ipsi satisfaciat. *Naturaliter* vero, scilicet ab origine §. 11. et remota laesione §. 62. I. *nemo nisi ex consensu suo ultroneo subiicitur* alterius imperio §. 76. I, hinc nec potestati dominicae, immo nec herili. Ergo *naturaliter* omnis *societas dominica*, immo omnis *societas herilis pacto ultroneo coalescit*; postea vero laesione datur *seruitus valida*, licet pacto vi extorto nitatur; quae tamen et ipsa est *pactitia*. Et catenus *omnis societas herilis atque speciationi omnis societas dominica est pactitia*.

* Ex iure laesi in laedentem infinito §. 261.

I, vi cuius illi in istum omnia dicent §. 265. I, colligi quidem potest pro ratione circumstantiarum *jus victoris iusti, bestiem iniustum devictum*, et generalius *jus lacri, laedentem detrudendi in seruitutem*; sed inde non consequitur, dari *seruitutem*, quae citra pactum constituantur, ideoque sit *necessaria et legalis* §. 9. Etenim I) haec voluntas *victoris unilateralis* nondum efficit *societatem*: quia reniente adhuc deucto *voluntatum viriumque uniu*

unio §. 2. nulla concipi potest, immo praecise oppositum, *pugna voluntatum et virium* concipiatur necesse est. 2) *Potestatis dominicae exercitium physice impossibile est titra deuicti consensum.* Deuictus enim hostis nunquam imperata victoris faciet; nisi quatenus obsequium, tamquam *malum minus*, praefert vltiori victoris *coactioni* mortisque ipsius periculo, tamquam *malo maiori*, hoc est quatenus vult, consequenter quatenus *consentit vel tacite factem.* Ergo omnis *potestas dominica*, immo omne *ius sociale*, et hinc omne *imperium*, si oriuntur ex bello et victoria, supponunt pactum victoris cum deuicto, quo finitur hostilitas mutua, consequenter pactum pacis §. 304. I. Omnis igitur *societas eorum, qui hactenus bello concertarunt, est pacitia.* Ergo bellum et victoria per se consideratae non sunt modus *adquirendi* potestatem dominicam, immo nec imperium nec ullum *ius sociale* adquirandi, ideoque nec modus constitutae societatis; sed tantum horum omnium occasio. Vnde conficitur, *ius detrudendi deuictum in servitutem nondum inuolueret ipsum imperium; sed tantum ius obligandi deuictum etiam vi exhibita, ut consentias in servitutem, atque ideo in imperium et potestatem dominicam victoris.*

§. 73.

Quoniam ob diueritatē qualitatum personalis-
simarum, quae tum in herero tum in famulo men-
te concipi possunt, interest utriusque huic sibi
potius, quam alium eligere famulum herumque;
qui societatem herilem pacto vtroneo contrahunt,
ad qualitates personalissimas inuicem p̄aeprimis
attendere censemur. Atque ita *imperium beri*
in famulum seruumque vtroneum, atque *ius fa-*
muli seruique vtronei in berum est personalissi-
mum; consequenter et correlata *subiectio* atque
obligatio est personalissima, ideoque *nexus omnis*
societatis berilis vtroneae est personalissimus,
§. 48. Itaque *iura atque obligationes eiusmodi so-*
cietatis mutuas non aliter transmissibilis fiunt,
nisi accedente consensu mutuo expresso vel tacito,

§. 74.

De mancipii vero conditione aliter omnino
statuendum est. Hosti enim devicto quando ser-
vitus obtruditur; integrum non est, an et quem-
nam sibi velit eligere dominum. Hostis vero vi-
ctor,

ctor, propriae potissimum utilitati intentus in consiliuenda seruitute, ad plus quam e natura seruitutis colligi potest, se ultro obligare voluisse censendus non est. Quoniam igitur victor detrudens devictum in seruitutem renunciat iuri suo quaelaeſi in laedentem, et mancipio pro operis nihil promitti nisi conseruationem et suslentationem vitae; nihil ipsi ultra debet, consequenter nec contra obligationem hoc pacto contractam agit, si transfert in alium eam potestatem dominicani, quam sibi pacto vi iusta exorto in mancipium acquisiuit. Quamobrem *domino in mancipium competit ius transmissibile*: licet *ius mancipii in dominum* ad alimenta sibi præbenda persistet *ius personalissimum* §. 73. quod in iuto domino transferri nequit in alium,

I. Dan. Frider. HOHEISEL diss. *de mercatu corporum humanorum*, Lips. 1720.

* Itaque quamvis mancipium domino alium vice sua obtrudere nequeat; attamen domino integrum est, potestatem suam dominicam etiam in iuto mancipio transferre in alterum. *Differentia iuris* circa seruitutem ultroneam et coactam quaerenda est in *differentia status servi ultronei et coacti ante initam societatem*

tire enim, ut vita miseriis, malorum omnium
formidolosissimis, perpetuo exposita sit, non vo-
luntatis sed furoris est, 3) quin potius *est bellum*
perdurans, status ab illo, qui inter socios inter-
cedit, quam maxime abhorrens.

* Ex capituitate deuictorum hostium ille
mos irrationalis procul dubio originem tra-
xit, in quos ante pacta omnis violentia iusta,

TITVLVS IV.

D E

F A M I L I A.

§. 78.

Junge societatem vel coniugalem parentalii,
vel coniugalem herili, vel parentalem herili, vel
coniugalem parentalii herilique simul; nascetur
societas composita, quae vocatur familia. Est
igitur FAMILIA (domus, societas oeconomicia
seu domestica *strictius* dicta §. 41.) societas ex
coniugali, parentalii ac herili, vel saltem ex binis
earum

earum composita. Prior **PERFECTA FAMILIA**, **IMPERFECTA** posterior dicitur.

§. 79.

Familiae membra seu socii sunt 1) **PATERFAMILIA**S et **MATERFAMILIA**S: ita nimirum in domo vocantur iidem, qui in societate coniugali maritus et vxor, in parentalii pater et mater, in herili herus et hera appellantur; 2) **fithí** familias et filiae familias, 3) **famuli** et **anoillae**, serui et seruae, qui qua pars *familiae* vocantur **DOMENSTICIL**.

§. 80.

Finis societatis oeconomicae est ex fine societas coniugalis, parentalis atque herilis compositus: ideoque *in eo consistit*, ut *obtentio finis singulae cuiusvis societatis*, ex quibus composita est dominus, per singulam quamque alteram earumdem promoueat; ergo ut *salus caiuslibet* per reliquias adaugeatur; consequenter ut altera sit alteri adiumento et remedio, multo magis, ut ne altera alteri sit impedimento. Itaque et *salus domesticata* in societatis coniugalis, parentalis atque

que herilis salute iuncta atque hinc invicem aucta vertitur.

Quamobrem *si quis consensu suo fit membrum societatis simplicis*, quae pars est *domus*; ipse simul fit *membrum domus*, ideoque vel tacite saltem *se obligat*, *quod salutem domus partiumque eius reliquarum*, quantum potuerit, *promouere velit*, ac propterea iura quoque *huius obligationi respondentia adquirere intelligitur*. Ergo generalius: *Quicunque recipitur in societatem*, quae est pars *majoris* societatis, simul *majoris* huius fit *membrum*, *iuraque et obligationes*, quae in ista obtinent, adquirit.

§. 81.

Familia est societas necessario composta §.
41. et rectoria §. 22.

§. 82.

Imperans (*caput*) *familiae* est *paterfamilias* et *materfamilias* §. 66. et 59; quibus *imperium domesticum* naturaliter est *commune respectu liberorum* §. 53; et, quatenus ipsorum mutuo *consensu constituta quoque societas herilis*, etiam *respectus*

spectu famulorum seruorumque. Atque etenim imperans domesticus est persona moralis §. 92. Pr. I. Potest tamen patrifamilias soli competere imperium in domo ex pacto, partim per se, partim per matremfamilias exercendum: immo deficiente patrefamilias omne imperium domesticum competit matrifamilias soli; ergo et mortua patrefamilias in matremfamilias superstitem omne imperium domesticum deuoluitur §. 64.

Imperio domestico subsunt liberi familias §. 59. et famuli seruique domestici §. 66. et 70.

§. 83.

Imperans in domo habet ius, dirigendi pro arbitrio actiones liberorum familias et domesticorum ad salutem domesticam §. 22. et 80; hinc ius, per liberosfamilias promouendi simul salutem matrimonii et societatis berilis, atque vice versa per domesticos promouendi et parentalis et coniugalis societatis salutem; ius leges domesticas ferendi §. 34, ius immorigeros liberos familias domesticosque puniendi §. 40. cet.

§. 84.

§. 84.

Denique ex consensu mutuo patris matrisque familias, ad constituendam in domo societatem herilem, derivatur ius eorumdem mutuum, ideoque et obligatio eorumdem erga se inuicem, ad promouendam per liberos familias atque domesticos rei familiares salutem.

* Exortis familiis ius succedendi ab intestato et ex testamento sensim inualuisse, facile largimur. Interim hoc ius omne ex solo societatis matrimonialis, parentalis aut etiam familiae conceptu demonstrari non potest. Itaque ut constitueretur, ab initio pactis opus fuit: post in consuetudinem et in legem familiae tacitam eo facilius abiit; quo magis familiarum vicinarum omnium intererat, ne hereditas defunctorum parentum familias praeda vel seruorum vel culustuis fieret occupantis.



IVRIS

IVRIS NATVRALIS

LIBER III.

I V S C I V I T A T I S
VNIVERSALE.

SPECIATIM

I V S P V B L I C V M
VNIVERSALE.

§. 85.

Quum homo naturali primarioque impulsu feratur in sui perfectionem §. 5. et §. 73. Pr.; omnium hominum *scopus* seu finis primarius atque supremus est felicitas; speciatimque, sicubi nempe a beatitudine atque a vita post mortem cogitando discesseris, felicitas externa (*prosperitas*) §. 24. Pr. Hinc querunt media felicitatis externae; hinc bona externa, quibus nempe ad felicitatem externam fruuntur, conseruare, aliisque continuo bonis augere satagunt. Horum bonorum dum conseruationi student, securitatem quaerunt §. 1. 3. 4. Pr. I; dum incrementa

E per-

persequuntur, ad abundantiam bonorum exter-
norum, hoc est ad sufficiētiām vitāb;
quantum quisque potest, aspirant.

Stadiūm felicitatis externae homines singulos
per fines subordinatōs, tamquam per media, in
societates primum simplices, mox in familias, de-
inde in varias iterum societates maiores coēgit.
Quām vero hās conjunctiōnes ad scopum obti-
nendum sentirent longe insufficientes: tandem
vñitis viribus directo contendere ad omnem felici-
tatem externam cooperant, atque in eas socie-
tates, quae ciuitatum nomine insigniuntur, co-
aluerunt. Quae quidem societas, quin inter
ceteras societates maiores, ad bonum quoddam
externum obtainendum comparatas, ipsa experi-
entia reperiatur specie perfectior; hoc etiam lō-
co tamquam talis est consideranda.

§. 86.

Eḡ vero CIVITAS (res publica late d.) plus
suum familiarum ad persequendam felicitatem ex-
ternam societas inequalis. Socii ciuitatis dicun-
tur. CIVES, suntque vel imperans ciuilis vel sub-
ditus.

diti ciuiles. Exteri, seu qui membra nostrae ciuitatis non sunt, PERIGRINI vocantur. POPVLVS in disciplinis, quae de ciuitate agunt, mox vniuersorum ciuium, mox subditorum ciuium eiusdem ciuitatis complexionem denotat, sumitur et generalius pro multitudine familiarum, quae societatem aeternam §. 97. Pr. constituunt.

Scientia legum naturalium posita ciuitate obseruandarum IUS CIVITATIS (ius politicum, interdum ius *publicam* latiori significatu) VNIIVERSALE vocatur: quod igitur nihil aliud est quam Ius Naturale ad ciuitatem applicatum, atque in deducendis iuribus ac obligationibus naturalibus, quae hominibus in statu ciuili, ideoque ciuibus et ciuitatibus competunt, occupatur.

§. 87.

Ius Ciuitatis tamquam Ius Sociale in Internum ex Externum (intrinsecum et extrinsecum quibusdam dictum) dispescitur §. 5. *Ius ciuitatis Internum* docet iura atque obligationes ciuium erga se inuicem: hinc tradit iura atque obligationes vel imperantis ciuibus et subditorum ciuiliom

da et *seruitus falida*, licet fuerit *exorta* ex. gr. si debitor, qui non est soluendo, in seruitutem redigitur a creditore, ut operis praestitis, quae aequiparantur bonis, ipsi satisfaciat. *Naturaliter* vero, scilicet ab origine §. 11. et remota laesione §. 62. I. *nemo nisi ex consensu suo ultroneo subiicitur alterius imperio* §. 76. I, hinc nec potestati dominicae, immo nec herili. Ergo *naturaliter* omnis *societas dominica*, immo omnis *societas herilis pacto ultroneo coalescit*; postea vero laesione datur *seruitus valida*, licet pacto us extorto nitatur; quae tamen et ipsa est *pactitia*. Et eatenus *omnis societas herilis atque speciatum omnis societas dominica est pactitia*.

* Ex iure laefi in laedentem infinito §. 261. I, vi cuius illi in istum omnia licent §. 265. I, colligi quidem potest pro ratione circumstantiarum *ius victoris iusti, hostem iniustum devictum*, et generalius *ius laefi, laedentem detrudendi in seruitutem*; sed inde non consequitur, dari *seruitutem*, quae citra pactum constituantur, ideoque sit *necessaria et legalis* §. 9. Etenim I) haec voluntas *victoris unilateralis* nondum efficit societatem: quia reniente adhuc deuicto *voluntatum viriumque uniuersitatem*

vnio §. 2. nulla concipi potest, immo praecise oppositum, *pugna voluntatum et virium* concipiatur necesse est. 2) *Potestatis dominicae exercitium physice impossibile est titra deuicti consensum.* Deuictus enim hostis nunquam imperata victoris faciet; nisi quatenus obsequium, tamquam *malum minus*, praefert vltiori victoris *coactiōni* mortisque ipsius periculo, tamquam *malo maiori*, hoc est quatenus vult, consequenter quatenus *consentit* vel tacite saitem. Ergo omnis *potestas dominica*, immo *omne ius sociale*, et hinc *omne imperium*, si oriuntur ex bello et victoria, supponunt pactum victoris cum deuicto, quo finitur hostilitas mutua, consequenter *pactum pacis* §. 304. I. Omnis igitur *societas eorum*, qui hactenus bello concertarunt, est *pactitia*. Ergo bellum et victoria per se consideratae non sunt *modus adquirendi* potestatem dominicam, immo nec imperium nec ullum *ius sociale* adquirendi, ideoque nec modus constituant *societatis*; sed tantum horum omnium occasio. Vnde conficitur, *ius detruendī deuictum in seruitutem* nondum inuoluerē ipsum imperium; sed tantum *ius obligandi deuictum* etiam vi adhibita, ut *consentias in seruitutem*, atque ideo in imperium et potestatem dominicat victoris.

§. 73.

Quoniam ob diuersitatem qualitatum personalis-
simarum, quae tum in heri tum in famulo men-
te concipi possunt, interest vtriusque hunc sibi
potius, quam alium eligere famulum herumque;
qui societatem herilem pacto vtroneo contrahunt,
ad qualitates personalissimas inuicem praeprimis
attendere censemur. Atque ita *imperium heri*
in famulum seruumque vtroneum, atque *ius fa-*
muli seruique vtronei in herum est personalissi-
mum; consequenter et correlata *subiectio* atque
obligatio est personalissima, ideoque *nexus* omnis
societatis berilis vtroneae est personalissimus,
§. 48. Itaque *iura* atque *obligationes* eiusmodi *so-*
cietatis mutuae non aliter transmissibilis fiunt,
nisi accedente *consensu* mutuo *expresso* vel *tacite*,

§. 74.

De *mancipii* vero conditione aliter omnino
statuendum est. Hosti enim deuicto quando ser-
vitus obtruditur; integrum non est, an et quem-
nam sibi velit eligere dominum. Hostis vero vi-
ctor,

ctor, propriae posissimum utilitati intentus in constituta seruitute, ad plus quam e natura seruitutis colligi potest, se ultra obligare voluisse censendus non est. Quoniam igitur victor detruens devictum in seruitutem renunciat iuri suo quia laesi in laudentem, et mancipio pro operis nihil promitti nisi conseruationem et suslentationem vitae; nihil ipsi ultra debet, consequenter nec contra obligationem hoc pacto contractam agit, si transfert in alium eam potestatem dominicam, quam sibi pacto vi iusta exorto in mancipium acquisivit. Quamobrem *domino in mancipium competit ius transmissibile*: licet ius mancipii in dominum ad alimenta sibi praebenda perflet ius personalissimum §. 73. quod innito domino transferri nequit in alium,

I. Dan. Frider. HOHEISEL diss. *de mercatu corporum humanorum*, Lips. 1720.

* Itaque quamuis mancipium domino alium vice sua obtrudere nequeat; attamen domino integrum est, potestatem suam dominicam etiam inuito mancipio transferre in alterum. *Differentia iuris* circa seruitutem ultroneam et coactam quaerenda est in differentia status servi ultronei et coacti ante initam societatem

dominicam. Ultroneus seruus erat homo liber, in quem domino nibil licet: coactus contra erat hostis iniustus, in quem domino, qua hosti iusto, tunc omnia licet. Dum seruitus ultronea constituitur, ex servi potius quam domini arbitrio pendet, determinare, in quantum renunciare velit libertati suae naturali: in servitute contra conatu ex domini potius quam servi arbitrio pendet, in quantum iuri suo hostis iusti in hostem iniustum renunciare velit. Hinc terminos figere potestatis dominicae circa servitutem ultroneam in servi potissimum, circa coactam in domini possum est arbitrio.

S. 75.

Quum dominus per seruum adquirat §. 71; sequitur, ut dominus in prolem servi sui cum ancilla sua progenitam tantum iuris adquirat, quantum iuris transmissibilis in eam naturaliter competit parentibus. Ergo nihil nisi ius tutelae adquirit §. 63, neutquam potestatem dominicam §. 62. Quamobrem ex lege naturali proles servorum parentum non nascitur seruus, sed pusillus dumtaxat domini parentum suorum. Quoniam vero proles servi suntibus domini educanda,

a prole olim restituendis; domino ius est, operas a prole exigendi, donec de sumtibus istis fibi satisfactum fuerit.

§. 76.

In famulum inobedientem hero, in seruum domino competit ius puniendi §. 40. *Laesio, quam superior subdito infert, dici speciatim solet* GRAVAMEN. *In herum itaque aut dominum laedentem laeso famulo aut seruo competit ius postulandi, ut grauamen tollatur; in subsidium ius denegandi obedientiam imperanti, resistendi aggredienti, vel domo eiusdem excedendi.* §. 12.

§. 77.

Fuere antiquitus et existunt hodienum domini, quibus, et alimenta pro lubitu denegare, et ipsam vitam demere mancipiis suis eorumque liberis et omni posteritati, fas habetur: adeo ut seruos, omni iure humanitatis exutos laedique nescios, rerum propriarum iure, in quas nihil est nefas aestiment. Verum eiusmodi scrutus 1) non est societas: quia non continet commune bonum §. 2, *nec 2) pacto nisi potest: eonser-*
tip

tire enim, ut vita miseriis, malorum omnium
formidolosissimis, perpetuo exposita sit, non vo-
luntatis sed furoris est, 3) quin potius *est bellum*
perdurans, status ab illo, qui inter socios inter-
cedit, quam maxime abhorrens.

* Ex capituitate deuictorum hostium ille
mos irrationalis procul dubio originem tra-
xit, in quos ante pacta omnis violentia iusta,

TITVLVS IV.

D E

F A M I L I A.

§. 78.

Junge societatem vel coniugalem parentalī,
vel coniugalem herili, vel parentalem herili, vel
coniugalem parentalī herilique simul; nascetur
societas composita, quae vocatur familia. Est
igitur FAMILIA (domus, societas oeconomicā
seu domestica *strictius* dicta §. 41.) societas ex
coniugali, parentalī ac herili, vel saltem ex binis
earum

earum composita. Prior **PERFECTA FAMILIA**, **IMPERFECTA** posterior dicitur.

§. 79.

Familiae membra seu socii sunt 1) **PATER FAMILIAS** et **MATER FAMILIAS**: ita nimirum in domo vocantur iidem, qui in societate coniugali maritus et vxor, in parental i pater et mater, in herili herus et hera appellantur; 2) **fili*f* familias et filiae familias**; 3) **famuli et ancillae**; serui et seruae, qui qua pars familiæ vocantur.

DOMESTICI.

§. 80.

Finis societatis oeconomicae est ex fine societas coniugalis, parentalis atque herilis compositus: ideoque *in eo consistit*, ut obtentio finis singulariæ cuiusvis societatis, ex quibus composita est dominus, per singulam quamque alteram earumdem promoveatur; ergo ut *salus caiuslibet* per reliquias adaugeatur; consequenter ut altera sit alteri adiumento et remedio, multo magis, ut ne altera alteri sit impedimento. Itaque et *salus domesticæ* in societatis coniugalis, parentalis atque

que herilis salute iuncta atque hinc invicem aucta
vertitur.

Quamobrem *si quis consensu suo fit membrum
societatis simplicis*, quae pars est *domus*; ipse
simul fit membrum domus, ideoque vel tacite sal-
tem *se obligat*, *quod salutem domus partiumque*
eius reliquarum, quantum potuerit, *promouere*
velit, ac propterea iura quoque *hunc obligatione*
respondentia adquirere intelligitur. Ergo gene-
ralius: *Quicunque recipitur in societatem*, quae
est pars *maioris* societatis, *simul maioris huius*
fit membrum, *iuraque et obligationes*, *quae in*
ista obinent, *adquirit*.

§. 81.

Familia est societas necessario compōsita §.
41. et rectoria §. 22.

§. 82.

Imperans (caput) familiae est paterfamilias
et materfamilias §. 66. et 59; *quibus imperium*
domesticum naturaliter est commune respectu libe-
rorum §. 53; *et*, *quatenus ipsorum mutuo con-*
sensu constituta quoque societas herilis, *etiam re-*
spectu

spectu famulorum seruorumque. Atque eatenus imperans domesticus est persona moralis §. 92. Pr. I. Potest tamen patrifamilias soli competere imperium in domo ex pacto, partim per se, partim per matremfamilias exercendum: immo deficiente patrefamilias omne imperium domesticum competit matrifamilias soli; ergo et mortua patrefamilias in matremfamilias superstitem omne imperium domesticum deuoluitur §. 64.

Imperio domesticico subsunt liberi familias §. 59. et famuli seruique domestici §. 66. et 70.

§. 83.

Imperans in domo habet ius, dirigendi pro arbitrio actiones liberorum familias et domesticorum ad salutem domesticam §. 22. et 80; hinc ius, per liberosfamilias promouendi simul salutem matrimonii et societatis herilis, atque vice versa per domesticos promouendi et parentalis et coniugalis societatis salutem; ius leges domesticas ferendi §. 34, ius immorigeros liberos familias domesticosque puniendi §. 40. cet.

§. 84.

§. 84.

Denique ex consensu mutuo patris matrisque familias, ad constituendam in domo societatem herilem, deriuatur ius eorumdem mutuum, ideoque et obligatio eorumdem erga se inuicem, ad promouendam per liberos familias atque domesticos rei familiares salutem.

* Exortis familiis ius succedendi ab intestato et ex testamento sensim inualuisse, facile largimur. Interim hoc ius omne ex solo societatis matrimonialis, parentalis aut etiam familiae conceptu demonstrari non potest. Itaque ut constitueretur, ab initio pactis opus fuit: post in consuetudinem et in legem familiae tacitam eo facilius abiit; quo magis familiarum vicinarum omnium intererat, ne hereditas defunctorum parentum familias praeda vel seruorum vel cuiusvis fieret occupantis:



IVRIS

IVRIS NATVRALIS

LIBER III.

IVS CIVITATIS
VNIVERSALE.

SPECIATIM

IVS PUBLICVM
VNIVERSALE.

§. 85.

Quum homo naturali primarioque impulsu feratur in sui perfectionem §. 5. et §. 73. Pr.; omnium hominum scopus seu finis primarius atque supremus est felicitas; speciatimque, sicubi nempe a beatitudine atque a vita post mortem cogitando discesseris, felicitas externa (prosperitas) §. 24. Pr. Hinc quaerunt media felicitatis externae; hinc bona externa, quibus nempe ad felicitatem externam fruuntur, conseruare, aliisque continuo bonis augere satagunt. Horum bonorum dum conseruationi student, securitatem quaerunt §. 1. 3. 4. Pr. I; dum incrementa

E

per-

persequuntur, ad abundantiam bonorum exter-
norū, hoc est ad sufficiētiām vitāb,
quantum quisque potest, adspirant.

Stadiūm felicitatis externae homines singulos
per fines subordinatōs, tamquam p̄ media, in
societates primum simplices, mox in familias, de-
inde in varias iterum societates maiores coēgit.
Quām vero hās conjunctiōnes ad scopū obti-
nendum sentirent longe insufficientes: tandem
vñitis virib⁹ directo contendere ad omnem felici-
tatem externam cooperant, atque in eas socie-
tates, quae ciuitatum nomine insigniuntur, co-
aluerunt. Quae quidem *societas*, quum inter
ceteras societates maiores, ad bonum quoddam
externum obtainendum comparatas, ipsa experi-
entia reperiatur specie perfectior; hoc etiam lo-
co tamquam talis est consideranda.

§. 86.

Ego vero ciuitas (res publica late d.) plu-
rium familiarum ad persequendam felicitatem ex-
ternam societas inequalis. Socii ciuitatis dicun-
tur. CIVES, sicutque vel imperans ciuilis vel sub-
diti

editi ciuiles. Exteri, seu qui membra nostrae ciuitatis non sunt, P B R E G R I N I vocantur. P O P U L V S in disciplinis, quae de ciuitate agunt, mox vniuersorum ciuium, mox subditorum ciuium eiusdem ciuitatis complexionem denotat, sumitur et generalius pro multitudine familiarum, quae societatem aeternam §. 97. Pr. constituunt.

Scientia legum naturalium posita ciuitate obseruandarum I U S C I V I T A T I S (ius politicum, interdum ius *publicum* latiori significatu) V N I V E R S A L E vocatur: quod igitur nihil aliud est quam Ius Naturale ad ciuitatem applicatum, atque in deducendis iuribus ac obligationibus naturalibus, quae hominibus in statu ciuili, ideoque ciuibus et ciuitatibus competunt, occupatur.

§. 87.

Ius Ciuitatis tamquam Ius Sociale in Internum ex Externum (intrinsecum et extrinsecum quibusdam dictum) dispescitur §. 5. *Ius ciuitatis Internum* docet iura atque obligationes ciuium erga se inuicem: hinc tradit iura atque obligationes vel imperantis ciuibus et subditorum ciuilium

mutuas, vel subditorum ciuilium erga se innicem; prior species Iuris Ciuitatis Interni dicitur IUS (ciuitatis) PUBLICVM (interdum ius publicum strictiori significatu §. praeced.), posterior IUS (ciuitatis) PRIVATVM.

Ius Ciuitatis Externum docet iura atque obligationes ciuium ac ciuitatis erga exterros. Exteri sunt personae vel singulares vel morales atque integræ societas seu minores seu maiores. Eminent præ ceteris societas maiores aeternæ atque liberae, quae GENTES appellantur §. 97. Pr. Inde enascitur species determinata Iuris Ciuitatis Externi, quae vocatur IUS GENTIVM, traditque iura ac obligationes gentium erga se innicem.

Iuris Ciuitatis Vniuersalis interni pars præcipua est *Ius publicum Vniuersale*, Externi *Ius Gentium Vniuersale*.

* * *

Ex illis *scriptoribus*, qui integrum Ius Ciuitatis Vniuersale, Ius nempe Publicum Vniuersale vna cum Iure Gentium Vniuersali singularibus commentariis exposuerunt, notatu præprimis digni-

digni sunt; HUBERVS 1), WOLFFIVS 2), BURLAMAQVIVS 3), RUTHERFORTIVS 4) et VATTELIVS 5).

1) Ulrici Huberti *de iure Ciuitatis libet* III. edit. 4ta cum *notis* Christ. THOMASII, Francof. et Lips. 1708. 4. it. cum commentariis Nicol. L. B. de LYNNCKER, suppletis cura Io. Christiani FISCHERI, Francof. et Lips. 1752. 4.

Eiusdem *institutiones reipublicae in operibus Huberi minoribus* (ab Abrah. WESLING Traiecti ad Rhen. 1746. II. tom. 4. editis notisque illustratis), tom. I. p. 1.

2) Christian. L. B. de WOLFF *Ius publicum et Gentium Vniuersale*, vid. supra part. I. p. 50.

3) *Principes du Droit Politique* (par BURLAMAQVA), supra part. I. pag. 53.

4) RUTHERFORT's *Institutes of Natural Laws*. Vol. the II. in which are explained the rights and obligations of mankind considered as members of Civil Societies, Cambridge 1756. gr. 8. vid. supra part. I. pag. 52.

5) *Le Droit des Gens* p. Mr. de VATTEL, Londres 1785. II. tomes 4.

Exstat enim peculiaris *bibliotheca Iuris Ciuitatis* 1): usum vero huius studii in Iure Publico Germanico eximium elegantur ostendit STEGER. IUS 2).

1. (Anonymi *bibliotheca Iuris Imperantium quadripartita*, seu *commentatio de scriptoribus Iurium*, quibus summi Imperantes utuntur, *Naturae et Gentium. Publici Vniuersalis et Principum Priuati*, Norimberg. 1727. 4.

2. Adriani STEGERI diff. *de Iure Naturae Iuris publici Imperii R. Germanici principio*, Lips. 1747.



SECTIO

SECTIO I.

IUS PUBLICVM VNIVERSALE IN GENERE.

§. 88.

IUS PUBLICVM VNIVERSALE docet iura atque obligationes naturales imperantis ciuilis et subditorum ciuillium mutuas; eas itaque potissimum, quae ipsis qua talibus competunt, *iura* et *obligationes ciuiles*. Hinc est *Ius Naturae* applicatum ad imperantum et subditos ciuiles in relatione erga se inuicem; tradit *leges* a subditis ciuibibus et imperante ciujli inuicem naturaliter obseruandas; ideoque *nexus iuridicus* inter eosdem intercedentem explicat §. 6; docetque *officia ciuitia* imperantis et subditorum mutua;

* * * * *

Auctores, qui Ius publicum Vniuersale scriptis peculiaribus pertractauerunt, potissimum sunt: SYDNEIVS 1) et LOCKIVS 2) Angli, ROEMERVS 3), FRITSCHIVS 4), WOLFIVSQUE 5) Germani, LOHANNSON 6) Pseudonymus Suecus, ROVSSEAV 7) Genevensis et HEINECKIVS 8).

72 LIB. III. IVS PUBLICVM UNIVERSALE.

1) *Discours sur le Gouvernement* par ALGERNON SYDNEY, publiez sur l'original manuscript de l'Auteur et traduits de l'Anglois par A. SAMSON. La Haye 1702. III. tomes 72; et nouvelle edition (Paris) 1756. IV. tomes 12. Anglico, sermone prodiit Londini anno demum 1704. fol. Auctum vero hoc opus aliis scriptis ad Sydneium pertinentibus publicatpm est sub tit: *Discourses concerning Government*, London 1763. gr. 4.

2) *Two treatises of Government*, in the former the false principles of Robert FILMER and his followers are detected and overthrown: the latter is an *Essay concerning the true Original, Extend and End of Civil Government* (by John LOCKE), London 1690. 8., cuius edit, quinta auctior. Lond. 1728. prodiit. Huius opusculi Gallice versi aliquot extant editiones, praestantior autem reliquis est, quae sequitur: *Du Gouvernement Civil* par Mr. LOCKE, trad, de l'Anglois, cinquieme edition exactement revue et corriguee sur la cinq. edition de Londres et augmentee de quelques notes par L. C. R. D. M. A.D.P. Amsterd. 1755. 12.

3) Iusti

- 3) Iusti Henningi BOEHMERI *introductionis in Ius Publicum Vniuersale*, Hal. 1709. 8., ed. 2da emendatior ibid. 1726. 8.
- 4) Godofr. Ernesti FRITSCHII *Ius publicum Vniuersale*, Ienae 1734. 8.
- 5) Christiani L. B. de WOLFF *de Imperio Publico seu Jure Civitatis*, in qua omne Ius Publicum Vniuersale demonstratur, & verioris Politicae inconcussa fundamenta ponuntur, tamquam Iuris Naturalis pars VIII. et ultima, Halaee 1748. 4.
- 6) Die *bürgerliche Regierung nach ihrem Ursprung und Wesen* betrachtet von Joh. Martin JOHANSSON (verus Auctor fertur Joh. MONTIN), aus dem Schwedischen, Stockholm (Leipzig) 1750. 8.
- 7) *Du Contract social; ou principes du Droit Politique* par I. I. ROUSSEAU, Amsterdam 1762. gr. 12. et in Eiusd. *Oeuvres diverses* tome III. Germanice prodiit cum notis GEIGERI, Marburg 1763. 8. *Interscripta Rouffouio opposita eminent Lettres d'un anonyme à Mr. I. I. Rousseau*, Paris 1795. 8.
- 8) *Systema Iuris Publici Universalis*, quod sub directoratu D. Franc. Iosephi HEBINCKE

publicae disputationi submittit Mich. Carol.
S. R. I. Comes de KAVNITZ, Viennae
1765. 4.

§. 89.

Quoniam itaque ciuitas in plurimum familiarum ad consequendam felicitatem externam societate inaequali consistit; ad ciuitatem requiruntur 1) plures familiae; non exclusis aliis personis singularibus, extra familiam degentibus, neque exclusis aliis personis moralibus seu integris societibus, qua reipublicae membris.

3) Requiritur *felicitas externa*, tamquam *finis* determinatus ciuitatis seu vniuersis ciuibus communis, ideoque tamquam bonum omnibus reipublicae membris commune §. 2. Felicitas externa, qua vniuersis ciuibus communis, vocatur **FELICITAS PUBLICA**; inde etiam progressus ad eam obtinendam haud impeditus appellatur **SALVS** §. 3. **PUBLICA**, et bonum, quod ad omnes ciues spectat, **BONVM PUBLICVM**. Si qua societas major ad rapinas et latrocinia agenda coalescit; ea ciuitatis nomine adeo est indigna, ut ne quidem societas legitima sit §. 9.

3) Re.

3) Requiritur *imperium*, tamquam *medium* determinatum, quo finis ciuitatis persequendus est, hinc *imperium ciuile* (*potestas ciuilis*, *imperium publicum*) dictum. Atque ita differt ciuitas a societate maiori aequali, ad securitatem vel felicitatem externam persequendam constituta,

§. 90.

Ceterum *ciuitas* si spectatur, qualis est ab origine, *libera* est §. 16, eademque *perfectior* est, si familiae non suae tantum, sed posteritatis simul suae felicitati consilentes, constituant ciuitatem ex intentione sua perduraturam, quod ipsarum posteri superfuerint. Atque ita ciuitas originariae est *societas aeterna* (*corpus aeternum*, *immortale*), hoc est in qua alii socii aliis successione succedunt §. 97. Pr. Hinc *ciuitas* hoc loco *specatur* 1) *ut libera* §. 11, et 2) *ut corpus aeternum* §. 58; immo etiam 3) *ut societas*, quae *sedem stabilem* (*fixam*) *babet*, certam nempe orbis terrarum regionem constanter inhabitans, quam sedem habere perfectiores ciuitates omnes reperimus §. 85.

§. 91

§. 91.

Ciuitas vi originis et naturaliter constituitur pacto ultraneo §. 72. I. §. 11. et 72. II. ideoque communis consensu eorum, qui in ciuitatem concordantur, quod pactum vocatur PACTVM VNI-ONIS ciutatis. Ex hoc pacto singuli obligantur vniuersis ad bonum publicum promouendum, et vniuersi singulis ad proficiendum securitati et sufficientiae vitae ipsorum. Hinc a neutra parte faciendum, quod saluti publicae aduersatur. Quatenus in ciuitate nihil tale faciendum, hinc bonum priuatum postponendum publico; salus publica suprema ciuitatis lex dicitur §. 7.

§. 92.

Quoniam vario modo et diversis mediis finem ciuitatis persequi datur: si constituitur ciuitas modus, quo salus publica promouenda, determinandus est, nempe determinanda sunt media specialia, quibus ad finem ciuitatis contendit debet. ORDINATVR ciuitas, dum modus salutem publicum promouendi in ciuitate determinatur; ordinatio igitur ciuitatis naturaliter communia ciui-

eiuum consensu, hinc iterum pacto perficitur, quod dici potest PACTUM ORDINATIONIS CIVILIS. Atque ex hoc pacto specialiori ciuitas quaelibet formam suam specificam nanciscitur, quam ex pacto generaliori unionis civilis nondum habet. Ad constituendam igitur certum ciuitatem naturaliter pacto et unionis et ordinatio-
nis opus est.

§. 93.

Vtrumque hoc pactum singuli ciues vi originis ut liberi et aequalis erga se inuicem sanciunt, sancita vero pacta dant leges inter uniuersos pacientes §. 182. not. I. Et quoniam tota ciuitas vi originis etiam spectanda est ut libera §. 90; uniuersis ius est respectu extérorum, cum de uniōne ciuili, cum de forma specifica ciuitatis, quam condunt, pro arbitrio suo conueniendi.

§. 94.

Quoniam autem pacto unionis ciuilis simul imperium stabilitur §. 86; singuli se subiiciunt uniuersis, ita ut, quidquid uniuersis visum fuerit salu-

salutis publicae causa determinare, singulos tamquam subditos obligare debeat, qui igitur vniuersitatis obedire tenentur. Quamobrem imperium ciuile naturaliter ex pacto repetendum, vique originis penes populum est, tanquam ius ipsi proprium et res eius incorporalis §. 164. I.

§. 95.

Quum porro ciuitas vi originis sit libera; exercitium imperii populi in singulos naturaliter est independens ab imperio alterius hominis cuiuslibet §. 84. 85. I. Imperium societatis maioris, quatenus eius exercitium a nullius hominis imperio dependet, IMPERIUM SVMVM (summa potestas), et hinc IMPERANS, cui id competit, SVMVS appellatur. Quamobrem imperium ciuile vi originis, et hinc imperium, quale populo originario competit, est summa. Vi ergo summitatis (suprematus) imperii nullus actus, ad imperii exercitium spectans, ullius hominis iuri subest, nec ab ullo homine irritus fieri potest. Imperium ciuile qua summum, seu qua independens ab aliis imperio, vocari etiam MASTAS solet.

I. Ia-

i. Iani de WITT. diss. *Quinam vere habent maiestatem in societate ciuili?* Lugd. Batav. 1741.

§. 96.

Si ciuitas ordirianda: Universi inter se conuenient necesse est, utrum imperium ciuile sibi retinere, an in aliquam personam transferre, et quomodo transferre; utrum in personam unam vel plures coniunctim; totum imperium vel divisum; certa lege aut sineulla lege; tamquam transmissibile incertos alios aut tamquam personam nullum; num transferre quoad ipsam substantiam vel quoad exercitium tantuminmodo; utrum transferre an concedere saltem imperii exercitium; num concedere alteri independenter vel dependenter dumtaxat a se, qua populo imperium sibi retinente, velint §. 94.

§. 97.

REGIT ciuitatem, qui exercet imperium publicum in ciuitate; ipsum exercitium est REGIMENTUM CIUITATIS, et is, cui a populo datum regimenter RECTOR CIUITATIS (populi) est. Quoniam

niam vi originis regimen ciuitatis populo competit §. 94; nemo alias habet regimen ciuitatis, hinc nemo esse rector ciuitatis potest, nisi ex parte cum populo, quo felicet regimen a populo delatum ab ipso acceptatur.

Si regimen rectoris ciuitatis dependet a populo (a populi imperio), non rector ciuitatis, sed populus est imperans ciuilis; si minus, non populus, sed rector ciuitatis est imperans ciuilis. Atque ita rector ciuitatis, in quem a populo translatum imperium, ut id exerceat, quum ipsis datum sit regimen independens a populo, est 1) imperans ciuilis: quippe vi translationis imperium ipsis competit independenter a populo, ideoque proprio iure et suo nomine, 2) idemque summus respectu et exterorum, vi originis §. 95. et ipsius populi, quem regit, ideoque in ipso maiestas residet §. 95.

§. 98.

Sume imperantem ciuitatis, qua personam a populo distinctam. Quum imperium ciuite naturaliter pacto adquiratur §. 94, imperans ciuilis.

*I*is imperium et maiestatem habet ex pacto cum populo, qui in ipsum transfert imperium, atque ideo se ipsi subiicit. Vnde talis conuentio per exc. vocantur **PACTVM SUBIECTIONIS** (ciuilis). Quamobrem 1) imperans ciuilis maiestatem habet a populo, non vero immediate a Deo, 2) ius imperantis ciuilis mediendum ex pacto tum unionis et ordinationis, tum subiectionis ciuilis, et ex fine ciuitatis §. 35, hinc ex voluntate, quae populo fuit, quum imperium transferret, 3) ut valida sit ipsius potestas, pactum subiectionis validum requiritur. Qui sine iure sibi arrogat imperium, est **VSVRATOR IMPERII**: ideoque qui ex pacto subiectionis vel nullo vel vitioso sibi arrogat imperium publicum, non est legitimus imperans, sed imperii ciuilis usurpator. Potest tamen vitium, quod ab initio inest usurpationis consensu populi subsequente expresso vel tacito sanari.

1. De controuersia, an maiestas sit immediate à Deo? inter **MASIVM** et **THOMASIVM** acerrime agitata conf.

Hectoris Godofredi **MASII** interesse
Principum circa religionem Euangelicam,
Hafn. 1687.

Christiani THOMASIT monastische Ge-
spraeche, Decembr. 1687.

MASII comm. de origine imperii diu-
na et immediata, Hafn. 1688. 4.

THOMASIT gemischte philosophische
und iuristische Haendek, II. Theil, 3tes
Hauptst.

2. Historiam litis Augustini LEYSERI
de eadem thesi cum Theologis et Philosophis
Vitembergensibus videsis apud LEYSERVM
praef. ad comment. de ostentationibus Iure-
consultorum, Helmst. 1726. 4. it. ex edit.
Henr. Gottl. FRANCKE, ibid. 1741. 4. et
specim. 568. ad Digesta.

§. 99.

Quoniam imperium ciuile consistit in iure de-
terminandi, quaecumque ad salutem publicam
sunt necessaria; pro horum differentia varia con-
pletebitur iura, indeque imperium publicum et
maiestas ut totum ex pluribus partibus compohtum
spectari potest, atque ideo quodlibet ius particu-
lare maiestatis, immo imperii publici cuiusque,
VOCATUR IUS MAESTATICVM. Iura maestatica
quibus-

quibusdam *partes potentiales imperii civilis* appellantur.

I M P E R I U M C I V I L E, consideratum in certa persona, si nulla sui parte (potentiali) est diminutum, **P L E N U M** vocatur; **M I N U S P L E N U M** contra, si aliqua sui parte diminutum. **I m p e r i u m c i u i l e**, quale originarie populo competit, vi libertatis naturalis est plenum; translatum a populo plenum vel minus plenum competere potest ei personae, in quam translatum: quippe ius imperialis eiusmodi civilis e pacto subiectio-
nis metiendum §. 98.

§. 100.

I M P E R I U M C I V I L E, cuius exercitio peculiari obligaciones adhaerent, seu cuius exercitium certis legibus est adstrictum, **L I M I T A T U M** (re-strictum) dicitur; **A B S O L U T U M** (illimitatum vero, quod limitatum non est. **I m p e r i u m c i u i l e**, quale populo vi originis et libertatis naturalis competit, est absolutum; translatus vero abso-lutum vel limitatum euadere potest §. 68. **Q u o d** si itaque a populo transfertur imperium simpli-

ter; ei, in quam transfertur, ideoque natura-
liter omni imperanti ciuilis competit imperium
publicum summum, plenum atque illimitatum.

De cetero imperium ciuale minus plenum esse
potest absolutum; et vice versa plenum esse pot-
est limitatum, immo pro aliqua parte limitatum,
pro reliqua absolutum.

§. 101.

Pone imperantem, in quem imperium publi-
cum simpliciter translatum, siue ille sit persona
singularis siue moralis. In pacto subiectionis,
quo perficitur translatio, populus, hinc singuli
et vniuersi ciues sese subiicientes, promittunt im-
peranti obedientiam in eum finem, ut euram sa-
lutis publicae agat §. 86; ideoque imperans ci-
uilis acceptando imperium sese obligat ad curan-
dam salutem publicam mediante regimine, at-
que ob hanc, quam contrahit, obligationem,
populus in ipsum transfert imperium, sibique
obedientiam erga ipsum imponit. Quare ex ob-
ligatione imperantis ciuilis ad curandam salu-
tem publicam deriuatur ipstus ius imperandi
populique sui ad obedientiam obligatio.

§. 102.

§. 102.

Imperans itaque civilis obligatur ad cufam felicitatis publicae mediante imperii sui exercitio, quae cura vocatur ADMINISTRATIO REIPUBLICAE. Hinc tenetur salutis publicae remedia adhibere, remouere impedimenta, bona externa iuraque singulorum et vniuersorum tum conservare tum augere, adeoque etiam singulos et omne PROTEGERE, hoc est a violentia aliorum securos praestare; quantum fieri potest.

FELICITAS PUBLICA *intrinseca*, id est respectu ciuium erga se inticem considerata, INTRINSECA appellatur; EXTRINSECA autem quatenus respectu exterorum consideratur. Eodemque significatu et *publica salus*, *securitas*, *prosperitas*, *regimen*, *administratio reipublicae* in *intrinsecam* et *extrinsecam* dispescitur. Ad securitatem pertinet TRANQVILLITAS, status a metu violentiae vacuus. *Publica tranquillitas* in singulorum vniuersorumque ciuium tranquillitate consilit: *intrinseca*, qua ciuis a concione; *extrinseca*, qua singulus quisque ciuis et totum corpus ciuitatis ab exteris violentiam non metuit.

Et intrinsecæ et extrinsecæ felicitatis publicæ cura imperanti ciuili incumbit.

§. 103.

Ex hac imperantis ciuilis obligatione effluit ius subditorum ciuilium, vt salutem publicam actus curet, non negligat, multo minus querat; vt non ad alium finem, publico bono contrarium, regimine abutatur, si ex. gr. vtilitati, potentiae gloriae propriae vnicē sit intentus; vtque auxilium subditis non deneget, quo laesis damnum reparetur, afflictis succurratur, periclitantibus securitas praestetur, calamitates propulsentur, necessaria et commoda vitae procurentur; vt ne denique subditos, grauamina exponentes, protectionem implorantes, aditu prohibeat.

§. 104.

Quoniam vero in imperantei ciuilem translatum imperium publicum sumnum §. 97; imperanti ciuali ius competit, pro arbitrio suo administrandi rem publicam. Hinc si simpliciter imperium ipsi delatum §. 100; ius habet constituendi omnia,

*omnia, quae ad bonum publicum consequenda
ipſi facere videntur, ideoque ius in omnia, fine
quibus salus publica obtineri non potest, immo
obtineri non posse arbitratur.*

NEGOTIA ciuilia, quae ſaluti publicae pro-
pius inferuiunt, dicuntur PUBLICA: quae ita
que extrinſecam vel intrinſecam ſalutem concer-
nunt §. 102, vnde illa vocantur EXTRANEA,
haec DOMESTICA. IURA verō MAIESTATICA,
ſi ad regimen extrinſecum pertinent, TRAN-
SEVENTA (aequiparantiae) nominantur; ad in-
trinſecum; IMMAMENTIA (permanentia, diſ-
quiparantiae). Quare imperanti ciuili natura-
liter ius competit, pro arbitrio determinandi
omnia negotia publica domestica et extranea, quae
et a quo et quomodo expedienda; et competit
iura maiestatica quaelibet ſeu tranſeuntia ſeu
immanentia §. 100.

§. 105.

Huic iure imperantis ciuilis respondet in ſubdi-
tis obligatio ad obsequium §. 32. ciuile hoc eſt
ad obedientiam in iis, quae imperans ad ſalutem
publi-

publicum ipsis praescribit. Tenentur hinc *subditi* submittere voluntatem in vires suas in iis, quae ad bonum publicum promouendum determinat, ideoque emittere, quae eo fine prohibet, committere, quae praecepit; quantum possunt.

§. 106.

Imperium ciuile extenditur, quo usque patet felicitas publica, et patet imperantis ad eam curandam obligatio. Quamobrem quatenus id exigit salus publica, ius ipsi competit 1) immediate in omnes actiones singulorum et omniū subditorum, hinc et societatum ciuilium, quorum membra sunt subditi ciuiles; 2) mediate vero in omne, quod est suum subditorum, atque ideo in omnia iura ipsorum seu connata seu adquisita, tam in personas quam in res, speciatim etiam in prolem subditorum ciuilium §. 90, quod tamen per se non est imperium ciuale §. 75. sed illud demum sit pacto prolis expresso vel tacito; consequenter et 3) in eam regionem, quam populos inhabitat, et in qua originarie imperium habet h. e. in TERRITORIVM ciuitatis. Vnde conci-

concipitur *ius territoriale imperantis ciuilis*, vi
originis summum et maiestaticum §. 100.

Ex hac imperii ciuilis extensione, *subiectionis ciuilis extensio* simul determinatur. Quatenus
igitur sudditi imperio ciuali subsunt; eatenus li-
bertate naturali destituuntur §. 33.

§. 107.

Ex aduerso imperium ciuale intra fines salutis publicae restringendum est. Imperare ergo in-
perans publicus, quae ad eam promouendam
haudquaquam conducunt, vel generatim impe-
rium hominis respuunt §. 39. nequit; multo
magis, quae in manifestum reipublicae detrimen-
tum tendunt, imperare prohibetur.

Ergo dantur actiones subditorum ciuilium,
quae imperio ciuali non subsunt. ACTIONES
CIVILITER INDIFFERENTES (ciuilitor adia-
phora) §. 49. I. respectu quarum subditis ciuib-
ibus superstic naturalis libertas. Residuum liber-
tatis naturalis, quod subditis ciuibus qua talibus
competit, vocatur LIBERTAS CIVILIS. Ergo
1) subiectione ciuali imminuit quideam libertas

F. 5

natur-

naturalis, non vero oennis tollitur §. 38, 2) subiectio civilis maximopere dixat a seruitute, imperium civile ab imperio despotica §. 37. et a potestate dominica §. 70.

1. Christ. Erdmanni PFAFF REVTER diff. prima: *limitum, quibus subditorum erga imperantes terminatur fides, inquisitio generalis*, Lips. 1705. Eiusdem diff. altera: *inquisitio specialis*, Lips. 1706.

2. *Cato's Lettres, or essays on Liberty Civil and religions and other important subjects*, quinta edit. London 1748. IV. Vol. 12. Harum epistolarum primum singulatim 1720-1723. editorum, auctores sunt T. GORDON et TRENGARD. Germanice veriae substit. *Cato Oder Briefe von der Freyheit und dem Glück eines Volks unter einer guten Regierung*, Goettingen 1756. IV. Baende 8.

3. Dan. MAICHEL. diff. *dē ciuitatum saluberrimo instituto deque summi imperii limitibus*, Tubing. 1745.

4. *Religions and Political Liberty: an oration by FRANCIS*, Londen 1754. 4.

S. 180.

Ceterum si dubium est, an, quod ab imperante ciuitatis determinatum, saluti publicae conueniat vel minus conueniat? praesumtio est pro imperante ciuali; non tantum, quoniam is, qui omnia ad salutem publicam dirigit, melius reliquis ciuibus, quae ad eamdem conducant, perspicere praesumendus est; sed etiam quia imperanti ius competit, pro arbitrio, prouti nimirum sibi usum fuerit, determinandi, quae ad salutem publicam promovendam faciunt §. 104, atque ideo eius arbitria et iudicio stare §. 80. I, hinc in dubio obedire tenentur subditi. Vnde etiam, si probatione opus; non imperanti iuris sui, sed subditis contrarii probatio incumbit.

S. 109.

Pacta, quibus ciuitas eiusque forma specifica constituitur, dicuntur PACTA FUNDAMENTALIA (ciuitatis); et, quum pactum det legem inter pacientes §. 182. not. I. etiam socios §. 50, fundamentali inque pactorum vis obligandi sit perdurans; appellantur quoque LEGES (ciuita-

uitatis) FUNDAMENTALES §. 25. Nulla itaque datur ciuitas ordinata sine legibus fundamentalibus §. 29; iisque accessuenda sunt pactum unionis generale §. 91. et specialiora, quibus determinatur tum persona, in qua constanter residere debet maiestas; tum modus seu exercendi seu acquirendi imperium ciuale; quibusque determinatur, quod imperanti publico imperium plenum vel minus plenum, restrictum vel illimitatum competere debeat, pactum item subiectonis §. 98.

Quoniam igitur leges fundamentales vi pacti universos erga se inuicem §. 94. populuinque et imperantei ciuilem mutuo obligant; *leges fundamentales immo omnes*, quae vi pacti inter imperantem publicum et populum valent, sine consensu communi eorum, a quibus conditae sunt, hinc ab una parte altera inuita, tolli vel immunitari nequeunt §. 182. I; 252. I.

§. 110.

Quam ex determinato modo, quo ciuitatis finis persequendus, proficiscatur ciuitatis cuiuslibet

libet forma specifica §. 92: ex diuersa determina-
tione personae, cui consenserter competere debet
imperium publicum, formae ciuitatum existunt
diuersae.

Si populus retinet imperium publicum, ori-
tur DEMOCRATIA (respublica democratica, res-
publica popularis, status popularis); si illud
transfert in unum hominem seu personam singu-
larem, MONARCHIA (ciuitas monarchica, prin-
cipatus); si in plures simul, ARISTOCRATIA
(respublica aristocratia). Aristocratis et De-
mocratia communis nomine RESPUBLICA bri-
Eta (conf. §. 86.) vocantur, summo vocabulo pro-
ciuitate, cuius imperium personae morali inher-
ret. Atque ita differunt ciuitates spectatae quo-
ad speciale subiectum maiestatis seu speciale in
personam, in qua residet imperium publicum,
vi originis §. 97. 98.

Quoniam vero in Rebuspublicis stricte dictis
imperium ciuile potissimum ciuibus patribus fami-
lias tamquam capitibus familiarium §. 82. compe-
tere reperimus pluribus vel paucioribus: ad De-
mocratiam referuntur Respublicae, quarum im-
perium residet in parte ciuium patrum familias
maiorum

maiori (respectu scilicet reliquorum ciuium patrum familias tamquam parte minori). Atque ita ciuitas, cuius maiestas vi legis fundamentalis residet in uno seu persona singulari, est *Monarchia*; si in paucioribus patribus familiis, *Aristocratia*; si in omnibus ciuibus vel saltem plurimis patribus familiis, *Democratia*.

Is, penes quem est imperium *Monarchiae*, est ~~MONARCHIA~~ (princeps). Plures illi, quibus iunctum competit imperium *Aristocratiae*, dicuntur **OPTIMATES**; eorumque societas, ad administrandam communiter rem publicam, **COLLEGIVM OPTIMATIVM** (senatus supremus). *DEMOCRATIAE* imperans *populi* nomen retinet, sicut ita plerumque pars pro toto sumatur. Contra vero in monarchia et aristocratia *populus* denotat multitudinem ciuium, quatenus distincte est a monarcha vel optimatibus, hinc vniuersos subditos qua tales complectitur conf. §. 86.

I. Ulrici HUBERI, diff. de iure *Populorum*, *Optimatium* et *Regalis Imperii* sine vi et a suo iuris populo constituti, in operibus eius minor. tom. I. num. 2. Opposita haec commentatio orationi Iac. PARIZONII de origi-

ne et, *natura Imperii* imprimis *Regii* a libe-
ro populo simpliciter delati (habita Franecke-
rae 1689), quae ibid. adiecta reperitur pag.

37.

§. III.

His flabilitis nunc specialius considerabimus
sura atque *obligationes* imperantis publici et sub-
ditorum ciuilium mutuas, 1) quae ex natura ci-
uitatis et imperii publici simpliciter et generatim
spectati deriuantur, quarum complexio efficit
IUS PUBLICVM VNIV. ABSOLUTVM; 2) quae
ex speciali ciuitatis constitutione hinc e diuersis
rerum publicarum formis specificis atque mutatio-
nibus deducuntur, quarum summa constituit **IUS**
PUBLICVM VNIV. HYPOTHETICVM, 3) quae
posito facto ciuili iniusto seu laesione concipi pos-
sunt, quae continentur in modis **IUS SVVM**
IN CIVITATE PERSEQUENDI.

SECTIO II.

SECTIO II.

IUS PVBLICVM VNIVERSALE
ABSOLVTVM.

1. Caspar. ZIEGLERI *de iuribus maiestaticis* tractus, in quo pleraque omnia quae de potestate et iuribus principis disputari solent, strictim exponuntur, Wittenbergae 1681. 4.

2. Christoph. George TARGOWI: Einleitung zu der *Lebre von den Regalien oder maiestatischen Rechten eines Regenteu*, zweite verbesserte Ausg., Rostock und Wismar 1757. 4.

§. 112.

Supponenda in hac sectione ciuitas ordinata, cuius imperanti competit imperium publicum summum §. 95, plenum §. 99. atque illimitatum §. 100; siue ille sit ipse populus siue persona a populo diuersa singularis vel moralis §. 110: ut ita rite deducantur iura atque obligationes imperiantis et subditorum ciuilium mutuae, quae e natura ciuitatis et imperii publici per se spectati §. 100.

100. colligi possunt, et sp̄eciātim, quaecumque ad regimen reipublicae intrinsecum pertinent, iura inaestatica imminentia §. 104.

TITVLVS I.

DE

POTESTATE LEGISLATORIA,
EXSECVTORIA ET IN-
SPECTORIA.

§. 113.

Quoniam imperans ciuilis obligatur ad saluatem publicam mediante regimine promouendam, quantum eius fieri potest §. 101; *ius ipse competit in ea omnia, sine quibus finis reipublicae obtineri nequit, et hinc, ius constituendi ea fine omnia pro arbitrio, quae scilicet ipsi videntur ad bonum publicum consequendum pertinere*

§. 104.

Vt vero salus publica ab imperante publico actu promoueat, necesse est, ut 1) determinet quaecumque boni publici caussa a subditis fieri

G

debent,

debent, seu ut ipsis facienda praescribat, ideoque *leges ferat* §. 34; 2) curet, quo leges latae a subditis obseruentur, et generalius, ut actu fiant, quae ad salutem publicam fieri oportet; 3) cognoscat, quaecumque in ciuitate salutem publicam concernere possunt.

Quum itaque imperans ciuitatis ad haec obligetur §. 101; ad eadem ipsis ius competit §. 104. Ergo ad iura maiestatica pertinet 1) *ius leges subditis suis ferendi*, POTESTAS LEGISLATORIA (ius summae legislationis, ius sumnum legum ferendarum); 2) *ius curandi ut actu fiant*, quae ad salutem publicam requiruntur, POTESTAS EXECUTORIA (ius summae executionis); 3) *ius efficiendi*, ut cognoscat, quaecumque in ciuitate salutem publicam concernere possunt, POTESTAS INSPECTORIA (ius summae inspectionis).

§. 114.

Imperans ciuilis vi potestatis legislatoria*eius* habet determinandi et ea, quae a subditis semper eodem modo sunt facienda, et quidquid casu quoque emergens faciendum, §. 27.. Ex iure priori

priori speciatim deriuatur *iuris eius ferendi leges ciuiles strictius dictas*, quarum nempe vis obligandi est perdurans §. 25.

Ergo 1) *leges imperantis publici, intra fines imperii ciuilis* §. 39. 107. *latae, sunt ciuiliter validae*, pariunt quippe obligationem in iis subditis, quibus latae sunt; 2) *quatenus citra declaratam imperantis voluntatem a subditis cognosci nequeunt*, sunt *leges positiuae* §. 65. Pr., hinc pro diversitate declarationis vel *leges expresse vel tacitae* §. 88. I. Quam vero positiuae leges non obligent, *quatenus sine culpa a subditis ignorantur* §. 8. 16. I, eatenus 3) *leges imperantis positiuae requirunt promulgationem* (publicacionem), actum quo ad cognitionem legis perduntur ii, quos ipsa obligare debet §. 66. Pr., atque ita *leges eiusmodi positiuae obligant* demum *a termino proutulgationis et scientiae*.

Et quoqiam leges talismodi positiuae viam suam habent a voluntate imperantis publici, tamquam *earum auctore: imperans ciuilis est legislator* §. 63. Pr. in ciuitate *summus, atque fons omnium earum legum ciuilium, quarum vis non iam ex ipso iure Naturali, vel ex speciali pacto uniuersorum*

forum inter se, aut populi cum Imperante Ciuali,
deriuatur.

I. Car. Ott. RECHENBERG diss. de norma
legum iustarum ab iniustis discernendarum,
Lips. 1711.

§. 115.

Quum vero imperanti ciuitatis ius competit,
ad salutem publicam omnia pro arbitrio dirigen-
di §. 104: eatenus potest non tantum subditis le-
ges ferre; sed latae etiam tollere et mutare; hinc
sublatis alias substituere; extendere legem ad ca-
sus, hactenus sub eadem non comprehensos; re-
stringere legem quoad casus, hactenus sub ea
comprehensos; singulos quosdam ab obligatio-
ne legis latae liberare (eximere); et hinc etiam
permittente quibusdam actus, legi latae contrarios.
Sublatio legis omnimoda est eius ABROGATIO;
exemptio singuli cuiusdam ab obligatione certae
legis in casu singulari, est DISPENSATIO; si
vero ad singularem casum non restringitur, est
IMMUNITATIS CONCESSIO. Ergo ad iura ma-
iestatica pertinet *iuris*, *leges* subditis latae abrogan-

TIT. I. DE POTESTATE LEGISLATORIA CET. 103

di, ius eas mutandi, ius dispensandi et immunitates concedendi.

Pari modo imperans ciuilis ad salutem publicam et certis subditis ius tribuere potest, quo ceteri carent, quale ius speciale, certis subditis ab imperante concessum, PRIVILEGIUM vocatur. Si cui competit priuilegium, ceteri obligantur pati, ut hoc suo iure vtatur, tenenturque nihil facere, quod eidem aduersatur; ergo *concessione priuilegii ceteris lex fertur*, ideoque *ius priuilegia concedendi ad iura maiestatica pertinet.*

Haec iura maiestatica, quoniam cum *potestate legislatoria* proprius connectuntur, ad eamdem solent referri.

§. 116.

Quum imperans civilis legem subditis ferendo voluntatem suam declaret, eamdemque ad salutem publicam pro arbitrio determinare possit §. 104: si dubium oritur de voluntate eius per verba legis indicata; determinare eamdem potest. Mensem (cognitionem vel voluntatem) declarat alicuius determinare, est INTERPRETARI. Interpretatio, qua mens dicentis ita determina-

tur, ut plura contineat, quam eius verba comprehendunt; est **E X T E N S I V A** qua ita determinatur, ut pauciora contineat; quam verba eius comprehendunt; est **R E S T R I C T I V A** **I N T E R P R E T A T I O**. Quam interpretando legem vel *restrictive* vel *extensive* reuera noua lex feratur: ad potestatem legislatoriam ideoque *ad iura maiestatica* pertinet *ius*, *leges* subditis latae *extensive* vel *restrictive* *interpretandi*. Quamobrem in dubio interpretatio legis eiusmodi a summo imperante tamquam legislatore est requirenda, quae **I N T E R P R E T A T I O** legis, a legislatore facta, **A U T H E N T I C A** vocitatur.

§. 117,

Quum vi *potestatis executoriae* imperanti ciuitatis insit curandi, ut actu fiant, quaecumque ad salutem publicam requiruntur §. 113 et hinc etiam speciatim, ut subditi obligationi suae satisfaciant; ipsi *ius competit*, *eo fine*; si opus fuerit, *vi* *compellendi subditos*. Et quoniam subditi tenentur non tantum legibus, quas imperans vi imperii tulit, sed etiam legibus fundamentalibus omni-

omnibusque iis, quae consensu communis universorum vel pactione populi cum imperante publico in ciuitate stabilitae sunt §. 109; potestas executoria in leges quoque fundamentales et reliquias pacto constitutas extenditur, imino etiam in leges naturales tam externas quam internas, quatenus sine harum obseruantia salus publica obtineri nequit §. 113.

§. 118.

Affectio imperantis, quatenus ei praefatur debita obedientia, est IMPERANTIS AVCTORITAS: affectio legis, quatenus ei praefatur debita obseruantia, est LEGIS AVCTORITAS. Quinobrem vi potestatis executoriae imperanti ius competit, conciliandi apud subditos et sibi qua imperanti, et legibus suis ciuitatisque suae, auctoritatem. Efficitur haec auctoritas 1) apud subditos probos, dum cognoscunt imperantem babere animum ab iniustitia alienum salutisque publicae studiosum; et LEGES, speciatim eas, quas ipse tulit, essa iustas, et ad salutem publicam utiles, SALVTARES, in qua legum affectione consistit earumdem vis

obligandi seu *virtus* §. 42. Pr. *internā*. 2) Apud *prauos* auctoritas hæc conciliatur, dum cognoscunt, *imperantem habere et potentiam et voluntatem constantem* inobedientes ad faciendum, quod debent, vi adigendi atque punigendi; cognoscuntque ideo, leges tanta vi tantisque poenis armatas esse, vt ab earum transgressione sufficienter deterreantur. In hac legum affectione consistit *virtus* earum *externa*. Quamobrem *imperanti etiis ius est, legibus suis tales tantasque addendi poenas, quae ad cōibendam earum transgressionem sufficiunt*:

§. 119:

Quoniam propter imperanti publico potestas *inspectoria* competit, vt intelligere possit, quaecumque lationes publicam concernunt, hinc etiam, vt rite, hoc est conformiter bono publico, exercere possit potestatem et legislatoriam et executoriam §. 113; sequitur vt vi iuris summas inspectionis nemo subditorum se suaque occultare maiestati inquirenti possit. Hinc etiam ad iura maiestatica pertinet ius, inspecta subditorum faceta

facta et negotia, 1) quatenus reipublicae salutaria vel saltem innoxia apprehenduntur, *approbandi*, hoc est civiliter valida declarandi, **IUS CONFIRMANDI:** 2) quatenus contra detrimentosa reperiuntur, *reprobandi*, et civiliter inutilida declarandi; **IUS ANNULANDI facta et negotia subditorum.**

TITVLVS II.

DE

IVRE CIRCA MVNERA ET DIGNITATES CIVILES ET CIRCA REDITVS PUBLICOS.

§. 220.

Quem boni publici obtinendi medium generale possum sit in usu virium reipublicae, eoque primario pertineant actiones et operaे singulorum subditorum; ex obligatione imperantis civilis ad salutem publicam promouendam dimanat eiusdem *ius*, ad maiestatica iura pertinens, *operas*

G 9

a sub-

a subditis ad salutem publicam promouendam exigendi.

Negotiorum publicorum §. 104. species est NEGOTIVM MAESTATICVM, quod imperanti summo vi maiestatis peragendum competit. Cura in negotio publico administrando, quatenus certo subdito incumbit, est OFFICIVM (munus) CIVILE, et ipse subditus, cui incumbit, OFFICIA ALIS CIVILIS: officium civile, coniunctum cum administratione negotii maiestatici, appellatur OFFICIVM PVBLICVM; qui publico officio fungitur, OFFICIALIS PVBLICVS (minister, administer reipublicae) dicitur. Quoniam imperanti ciuii ius competit determinandi, quae negotia ciuilia et a quoniam subditorum quoque modo singula peragi debent §. 104; ad iure maiestatica pertinet ius conferendi officia ciuilia, IUS MUNERVM (ciuilem): et quoniam nequeat negotia maiestatica omnia ipsi peragere; ipsi competit in specie etiam ius officiorum publicorum, et hinc ius officiales publicos et ministros reipublicas constituendi.

§. 121.

Quamobrem 1) *officiales ciuiles et publici*, ad salutem publicam quantum possunt promouendam, officio suo fungi tenentur; 2) quidquid vi officii sibi commissi faciunt, nomine imperantis et dependenter ab eius voluntate faciunt, 3) ipsique ius competit, praescribendi illis inodum in demandato officio obseruandum, vique compellendi, ut obseruent, inquirendi etiam, an officio debita diligentia, utrum negligenter vel fraudulenter, fungantur §. 113.

Et quoniam ciuis, cui negotium publicum administrandum incumbit, qua talis, dicitur P E R S O N A P U B L I C A, quae opponitur personae P R I V A T A E seu non publicae; *officiales ciuiles et publici* (immo ipse *imperans ciuilis*, licet nequam sit officialis reipublicae), sunt personae publicae; accensentur tamen eadem personis priuatis, quatenus ut publicae non spectantur.

1. Io. Paul. KRESS diss. de iure officiorum et officialium, edit. nouiss. Helmst. 1753.
2. August, LEYSER minister principis delinquens, olim tribus disputationibus, nunc iterata editione in lucem productus, Witemb. et

et Lips. 1735. 4. Exstat etiam in eiusdem medit. ad Dig. prima disp. de falsis ministeriorum principis delictis, spec. 570; secunda de veris delictis sp. 571; tertia de foro delicti ministr. sp. 80.

§. 122.

PRAECELLIT id, quod aliis perfectius iudicatur; praecellentia personae respectu aliarum personarum est DIGNITAS. Quam iura et speciatio imperium in perfectionum externarum numero sint habenda; imperium parit dignitatem imperantis respectu subditorum suorum, et quem quisque tamquam imperantem suum, eius simul etiam prae se dignitatem agnoscere tenetur. Hinc Imperanti ciuli inhaeret summa in republica sua dignitas §. 95.

Quod si igitur imperans subditum officio publico instruit; ipsi simul confert dignitatem, quam alii subditi agnoscere obligantur, dignitatem civiliter validam, DIGNITATEM CAVILEM.

Itaque ad iura maiestatica pertinet ius, dignitates (ciuiles) conferendi, ideoque ius, determinandi etiam actus externos, quibus alii subditi

hanc

hanc dignitatem agnoscere tenentur, quo referendi sunt tituli et praecedentia §. 83. I; ut et determinandi alia symbola, quibus utendi ius sit iis, qui dignitate ciuili exornantur, ex gr. *insignia gentilitia, insignia ordinis equestris.* Ne vero diuersorum officialium dignitates collidantur; *sus* imperanti ciuili competit, *gradum dignitatis cuiuslibet definiendi.* Hinc summus imperans vocatur *fons omnium dignitatum ciuilium.*

§. 123.

Bona, quae quomodocumque ad ciuitatem pertinent, sunt **BONA CIUITATIS:** quae si simul sunt in patrimonio cettorum ciuium, dicuntur **PRIVATA;** sive minus, **PUBLICA.** Sub bonis priuatis comprehenduntur non tantum ea, quae sunt in patrimonio singulorum, sed etiam bona societatum ciuilium §. 106, et praecipue uniuersitatum, hoc est earum societatum ciuilium, quae corpora aeterna §. 90. constituunt.

Bona priuata monarchiae vel sunt subditorum ciuilium vel principis qua priuati §. 121.

Quoniam bona ciuitatis etiam ad ciuitatis vires pertinent, eorumque ideo usu tamquam altero medio

medio generali promouenda salus publica §. 120,
speciatimque ex bonis potissimum desumendi sum-
tus, sine quibus respublica administrari nequit;
*ad iura maiestatica pertinet ius quoddam circa
bona ciuitatis* quaecunque, tum publica tum pri-
uata seu singulorum seu societatum et universita-
tum ciuilium; nimirum *ius per bona ciuitatis sa-
lutem publicam promouendi*, speciatimque *ex iis
colligendi* sumtus reipublicae administrandae
causa faciendos, seu *sumtus publicos*.

I. Augustini a LEYSER *de afferentationibus
inreconsulterum* cum *expositione de domaniis*,
tert. edit. cura Henr. Gottl. FRANCKE,
Helmstad. 1741. 4.

§. 124.

R E D I T V S alicuius sunt ea; quae quis ex re-
bus tam corporalibus quam incorporalibus vel ex
operis suis adquirit, breuius: sunt fructus rerum,
iurium, operarum suarum §. 148. 164. 154. I.
Solet praecipue pecunia, ceu fructuum aequiva-
lens, redditum nomine insigniri. Hinc 1) *re-
ditus ciuitatis* sunt vel *priuati* vel *publici*; 2)
redi-

TIT. II. DE IURE CIRCA MVN. DIGN. REDIT. III

reditus publici, qui ex bonis ciuitatis percipiuntur, vel ex publicis vel priuatis bonis percipi possunt.

Bona monarchiae publica, quorum redditus ad sustentandam principis domum seu AULAM destinati, vocantur **BONA DOMANIALIA** (dominium); si ad alios usus publicos, **BONÆ PUBLICA** strictius dicuntur (patrimonium reipublicae strictius dictum).

Complexus reddituum, aulae usibus destinatorum, **FISCVS**; aliis usibus publicis, **AERARIUM** appellari solet. Reditus itaque ex bonis dominialibus in fisco sunt, ex reliquis bonis publicis ad aerarium pertinent.

Quoniam redditus publici ad sumptus publicos faciendos sint necessarii: *ad iura maiestatica pertinet ius efficiendi, ut tanti colligantur redditus publici, quanti ad rempublicam administrandam requiruntur sumptus; ius ergo redditum publicorum et ius aerarii, specialiusque ad iura principis pertinet ius circa domanium et ius fisci.*

§. 125.

ONERA *civilia* generatim consistunt in iis, quae subditi salutis publicae causa praestare (dare vel facere §. 170, I.) tenentur, speciatim sumtus publici, quatenus a subditis suppeditandi. **T R I-B V T A** sunt ea, quae subditi e patrimonio suo ad sumtus publicos conferunt, et potissimum *pecunia*: quae eo fine a subditis exigitur.

Quoniam subditi ad onera civilia ferenda et sumtus publicos suppeditandos tenentur §. 123; *ad iura maiestatica* pertinet *ius onera imponendi*, et *tributa exigendi* a subditis pro modo facultatum cuiusque, quanta ad sumtus publicos sufficiunt; uno verbo *ius tributorum*.



TITULUS III.

DE

POTESTATE IUDICIARIA
ET IURE ARMORVM.

§. 126.

Quoniam ad finem reipublicae primario referenda est *securitas*, atque ideo et *tranquillitas publica*, hoc est singulorum et omnium ciuium §. 89., curae imperantis ciuilis commissa; ad iura maiestatis pertinet *ius securitatis et tranquillitatis publicae*. Quare, quod securitatem intrinsecam §. 102. attinet, imperanti ciuili *ius competit*, 1) non patiendi, vt subditus subditum laedat, vel vim inferat metumua incutiat alteri, nec patiendi, vt, qui se laesum putat, *ius suum violenter ipse persequatur*; itemque 2), *ius efficiendi*, vt subdito cuique *ius suum tribuatur*, hinc vt consequatur, quod ipsis ab altero debetur, vt damna data resarciantur, et iniuriae vindicentur contra reos §. 271. I.

H

§. 127.

Quamobrem ad iura maiestatica etiam pertinet ius lites subditorum singulorum decideni §. 296. I, quod generatim vocatur **IURISDICTIB**, et quatenus maiestati competit; **SUPREMA** seu **POTESTAS IVDICARIA** appellatur. Quumque is, cui iurisdictio competit, dicitur **IUDEX IMPERANS CIVILIS** est summus singulorum subditorum iudex.

Quoniam sine causa e cognitione decisio fieri nequit §. 296. I, decisione autem opus est, ut suum cuique tribuatur: in potestate iudicaria continetur ius, causas controversias singulorum subditorum cognoscendi; sententias, quibus deciduntur; ferendi; easque exsequendi, ideoque partem vi etiam, si sponte nolit, vi adigendi, ut praeslet, quod sententiae latae conformiter praeflare debet.

Iis, cuius nomine imperantis civilis iurisdictio competit, dicitur **IUDEX SUBORDINATVS**, et subinde simpliciter iudex; cuius iurisdictio subordinata est officium publicum §. 290. Hinc ad iura

iura maiestatica pertinet *ius*, *constituendi iudicis*: quorum potestas iuris dicundi tanta est, quanta ipsis ab imperante ciuitatis demandata fuit; omnis tamen, quantumcunque fuerit, subordinata maiestati. *Imperantes itaque ciuilis omnis in ciuitate iurisdictionis fons est.*

Io. Erhard RÖSLER diss. *de officio iudicis ex iure Naturae*, Tübingae 1709.

§. 129.

Quoniam porro securitas et tranquillitas publico obtineri nequit, nisi tanta existet in ciuitate potentia, quanta ad superandam vim, reipublicae vndelibet metuendam, sufficit: *ad iura imperantis ciuilis, hoc est maiestatica pertinet ius potentiam sibi conciliandi ad hunc finem sufficientem*, hinc *ius media coactiva ad securitatem publicam tuendam sufficientia parandi atque coniunctio parata habendi, iisque utendi, quotiescumque opus fuerit, hinc etiam ad superandam resistentiam, quae forte opponitur vi iusta*e*s imperantis ciuilis.* Atque hoc ius, quod aliqui competit, parata habendi media coactiva securitati

suae sufficientia, vocari solet generatum IUS AR-
MORVM, et refertur ad IUS BELLI, quippe ex
vi, iuri alterius opposita, bellum oritur §. 264. I.
Ius armorum itaque per se *subditis ciuilibus non*
competit §. 126, sed vniuersit seu populo, qua-
personae liberae, in *sui securitatem*, et transla-
tum in *imperantem publicum* *buic competit in*
republicae sui que securitatem.

TITVLVS IV.

DB

IVRE CIRCA FELICITATEM PVBLICAM.

§. 130.

Quoniam imperanti ciuitatis cura sufficientiae
publicae, quae per excellentiam felicitas publica
vocatur, incumbit, quo ciuitas omnibus bonis
externis, quantum fieri possit, abundet, ideoque
indies perfectior evadat §. 85, 86; *ad iura ma-*
teria-

sestatica pertinet *iuris perficiendi ciuitatem.*
 Quum igitur eo perfectior sit res publica, quo
 maior ciuium numerus; quo quisque ciuitati vi-
 lior est sapientia, virtute, industria, opulentia;
 quo maior legum atque imperantis ciuilis auctori-
 tas; quo maior omnium ciuium quoad volunta-
 tes viresque ynio; inamo quo maior omnium
 quae in ciuitate deprehenduntur, perlonarum,
 actionum et rerum ad salutem publicam premo-
 uendam est harmonia: complura ex his Pontibus
 decmanant iura particularia, quae ad maiestatem
 sunt referenda.

* Pertinet hue ex gr. *ius maiestaticum*, ex-
 teros in *ciuitatem recipiendi*, *emigrationes*
praecaueandi; *ius summac tutelae*: *ius preti-
 um statuendi rebus et operis*, in vita ciuili ne-
 cessariis; *ius circa scolias, academias, do-
 trinas*; *ius circa culturam terrae, opifica-*
commercia, monetas, vias publicas; *ius so-
 cietates ciuiles constituendi*, easdemque ad
 salutem publicam ordinandi, *ius villas oppi-
 da, urbes condendi*; *ius usum patrimonii sin-
 gulorum ad salutem publicam limitandi* cet.

restarunt tractantes. 132. *comitog. 132.* *ad*
civis, quibus ita sit dispositio ut nullus possit
Generatim imperanti civili incumbit cura,
ideoque competit ius omnia negotia publica do-
mestica §. 104, etiam minora ita ordinandi, vt
per ea salus publica, quantum fieri possit, promio-
neatur §. 102. Horum minorum negotiorum
determinatus modus, quotentus ad salutem publi-
cam est ordinatus, vocatur **POLITIA**, quamob-
rem ad iure magistratica etiam pertinet ius poli-
tiae.
obligationem his propriae existet, neq; nulli tamquam
obligationem.

23. *Wurzelkirsche* mit roten Samen dient der
Zierde und ist ein sehr schönes Obst. Sie ist
etwa so groß wie eine Apfelsine und hat eine
durchsichtige, grüne Schale, welche die Frucht
zum Teil bedeckt. Die Frucht ist von einem
grünen, saftigen Fleisch umgeben, welches
süß und erfrischend schmeckt. Es ist
aber nicht so süß wie ein Apfel oder ein
Kirschapfel. Die Frucht ist sehr saftig und
hat einen sehr guten Geschmack. Sie ist
aber nicht so saftig wie ein Kirschapfel.
Die Frucht ist sehr saftig und hat einen
sehr guten Geschmack. Sie ist aber nicht
so saftig wie ein Kirschapfel.

TIBOLVS Vis Rebo anno
A.D. 1580. in primis innotescit de obsoletis Grecis quibus
primum ab aliis etiam de multis eis. **PE** de aliis. **IVRE CIRCA RELIGIONEM** sup
de aliis. **ET ECOLESIA MODERATUR** de aliis.

- I.** Hugon. Grotius de imperio summarum potestatum circa sacra, Paris. 1647. De hoc libro conf. MEISTERI biblioth. Iur. Nat. part. III. p. 153.

2. Samuel. P V F E N D O R F F I I tract. de ha-
tu religionis Christianae ad vitam civilem.
remae 1687. 4; et cum commentario Io.
aul. K R E S S I I, Ienae 1702. 8.

3. Iusti Car. WIESENHAVEN Grundgesetze des allgemeinen und besondern Kirchen-Staatsrechts der Protestantenten in Teutschland, Francof. et Lips. 1749. 8.

Determinatus Deuni colendi modus est R E L I G I O, et societas ad Deum certo modo colendum inita, cōsequēnter societas hominū eidem religioni addictorum qualium, est E C C L E S I A (so-

cetas ecclesiastica). V. Qui Deum colunt, student Dco placere ad obtainendam summam felicitatem: ergo necesse est habeant cognitionem quaedam de Deo medis que ipsi placendi. Hinc posita certa religione ponuntur quaedam propositiones de Deo eiusque voluntate; quae ab iis, qui profitentur eam religionem, pro veris habentur, **DOGMATA RELIGIONIS**. Itaque ad finem ecclesiae pertinet, tum cognitioni Dei et voluntatis Eius operam dare, tum huic cognitioni conformiter actiones liberas in beneficium Dei dirigere. Actus ad religionem proprius pertinentes sunt **ACTVS RELIGIOSI**, actus non religiosi dicuntur **SAECVLARES**. *Actus religiosus* est vel *internus* vel *externus* §. i. Prol., siisque porro vel **ESSENTIALIS**, cuius oppositum contradicit voluntati divinae qua dogmati religionis; vel **ARBITRARIVS**, cuius oppositum ipsi minus contradicit. Hinc et negotia ecclesiae seu ecclesiastica vel sunt, *religiosa* (ecclesiastica strictius) vel *secularia*; *religiosa* vel *essentialia* vel *arbitraria* (adiaphora, respectu nimicum certae religionis).

S. 133. qd. 133.

Ecclesiae nostrae omnes RELIGIONEM profitentur POSITIVAM, cuius dogmata sine fide cognosci nequeunt, quamque speciatim iudicant REVELATAM, a Deo hominibus specialiter patefactam §. 64. Pr. Hinc certas propositiones de Deo eiusque voluntate rationi incognitas proverbis habent, quae per excellentiam vocantur dogmata fidei quo praeprimis pertinet dogma de vita futura aeterna, priorumque post mortem felicitate et impiorum infelicitate matori. etiam hanc sententiam S. 134. qd. 134.

Quatenus ab arbitrio hominis non dependet, id indicare falsum quod haecenit iudicavit verum, nec inuersa vice nunc pro vero habere, quod adhuc falsum putauit: eatenus etiam iudicium de Deo eiusque voluntate, consequenter assensus et speciatim fides, quam homo dogmatibus religionis reuelatae habet, non pertinet ad actiones liberas §. 7. Pr; ideoque obligationis, ergo et coactionis, pacti, imperii, legis, poena, et expensarum est expensarum.

H 5

Quoniam

Quumque actus ~~agentis~~ alterius internos, quatales cognoscere nemini mortalium datum sit, atque ita nemo de internis alterius judicare possit; omnes actus interni ideoque et actus religiosi, insomni missioque obligatio, bona per illuc agos qua interni legem humanae respuunt.

Quoniam denique obligatio in Deum infinite major est obligatione in homines, atque ideo in collisione ab hac excipienda, ut ille latifiat §. 31. I; consequitur, vt nemo obligari ab altero possit ad faciendum quod contradicit voluntate diuinac, dogmati religionis et fidei suae. Eatenus et in actus religiosos externos, qui sunt essentiales, lex humana arguit imperium humanum non cadit.

Nop. 135. Non op. 11. oratio de religione ab imperio luce Gentium libera, Lugd. Batav. 1731. Gallica versio BARBEYRACII repetitur in eiusd. Recueil des Discours sur diverses matieres importantes, Amstelod. 1731. 8.

Actus religiosi, legis humanae (consequenter et imperii humani) impatiens, dicitur RES CONSCIENTIA. H

SCISN-

SCIENTIAE ergo (1) confessus et fides, quae dogmatibus religionis habetur, (2) actus religiosi intenti, atque 3) omnes essentialis, hinc negotia ecclesiastica essentialiter sunt res conscientiarum §. 34. Quam igitur nemini ius sit, alterum cogendi in iis, ad quae obligari nequit vim conscientiae inferre, et imperium in conscientiam alterius sibi arrogare nefarum est. Atque ita intelligitur, in quo consistat libertas conscientiae a nomine violanda, et coactionis atque imperii conscientiae.

I. Iust. Henning. BOEHMERICI de iur. circa

tibetatem conscientiae praefatio praemissa
tom. II. Iuris Ecclesiast. Potes.

Qui superest. Article 136. Quoniam tamquam societatem ciuilem. Quoniam insuperanti non omnes societas ciuilis singulosque eiusdem socios competit imperium eiuste §. poë; omnis ecclesia qua societas ciuilis, singulaque eius membra subsunt imperio ciuili, sed eo que potestati legislatoriarum, iudiciorum, iuri tributarum suet. Quamobrem etiam ad iura manifestacionis pertinet ius pauendi, ne ecclesia noceat.

noccat reipublicae; tum *ius efficiendi*, ut per ecclesiam reipublicae salus promoueatur §. 102. 101, consequenter *ius determinandi pro arbitrio ad salutem publicam*, omnia negotia ecclesiarum, quatenus 1) salutem publicam concernunt, infra mulque 2) imperium admittunt.

§. 137.

Ergo 1) negotia ecclesiae tum *sacculatia* tum *religiosa* ea, quae salutem publicam concernunt, et simul sunt *arbitraria* §. 132; subsunt in imperio ciuili §. 136.

2) Et quum libertas conscientiae a nemine violanda §. 136; res conscientiae societatis ecclesiasticae non subsunt imperio ciuili, ideoque imperanti non competit ius, circa easdem aliquid praecipiendi aut prohibendi ecclesiae sociis, nec consequenter eos, tamquam legum talium transgressores, puniendi. At vero res conscientiae nihilominus, quantum fieri potest, subsunt iuri summae inspectiones, ut diiudicare possit impetrans, an revera sint tales §. 114; cum vero, quantum dogmata, fiduci et negotia religionis ac ecclesiae

liae essentialia reperiuntur reipublicae nocua; subsunt iuri imperantis, eos, qui profitentur religionem reipublicae detrimentosam (quae semper est erronea), excludendi a ciuitate, qua impedimenta salutis publicae §. 102. et 136.

3) Negotia ecclesiae ciuiliter indifferentia (adiaphora) non subsunt imperio ciuili, quin potius circa haec ecclesiae, qua membro ciuitatis competit libertas ciuilis §. 107. Neque etiam imperans ecclesiam ciusue membra ob ciusmodi negotia excludere a ciuitate potest; quum quatenus ciuiliter indifferentia sunt, nihil detrinenti adferant reipublicae. Subsunt tamen haec negotia, sicut omnia, iuri summas inspectionis, ut imperans dijudicare possit, an actu talia sint, qualia esse perhibentur.

Joh. Franc. BVDDEI diff. de concordia religionis Christianae et status ciuilis, Hal. 1720, auctior cum 4. aliis diff. prodiit 1712. 8.

2. Christ. THOMASII historia contentio-
nis inter Imperium et Sacerdotium vique ad
saec. XVI. cum appendice supplementorum
de iure summarum potestatum circa sacra
cet., Hal. 1722. 8.

3. Io.

3. Io. NELLA NEBBIA diss. de religione Rei-publicae pœnia, Londini Scianor. 1748.

§. 138.

Quum vero plura dentur negotia ecclesiae, quae pro circumstantiarum differentia mox adiaphoris, mox iis, quae salute in publicam omnino concernunt, anumerari possint: si inter imperantem ciuitatis atque membra ecclesiae ciuilis oritur contentio, utrum negotium quoddam ecclesiae sit adiaphorum, an ad salutem publicam spectet? in dubio pro imperante ciuili militat præsumptio §. 108; ideoque eius arbitrio standum, donec contrarium ab ecclesia luculenter fuerit probatum.

* Huc pertinent ex gr. *leges circa negotia arbitraria communi consensu membrorum ecclesiae stabilitae, constitutio ministrorum ecclesiae, synodi et concilia, ritus ecclesiastici, locus et tempus et reliquus cultus divini modus, adquisitio patrimonii ecclesiastici eiusque usus et dispositio, haereticorum excommunicatio aliaque? quae in ecclesia minori facilius ad adiaphora referri possunt; in ma-*
jori

iori, vero prodetis circumstantijs salutem publicam magnopere saepius conceruent.

§. 149.

Concepimus itaque triplicem gradum iurium, quae imperanti civili circa religionem subditorum suorum et ecclesiam, - qua societatem ciuilem competunt: 1) gradum minorem, *ius summae in eamdem inspectionis*, *ius sacrae inspectionis*; 2) gradum medium, *ius cauendi*, ne ecclesia reipublicae obsit, speciatimque *ius exclusionis*, ideoque *ius decernendi emigrationem* eorum, qui profidentur religionem reipublicae noxiā, et sequuntur ecclesiam, tali religioni addictam; 3) maiorem, *ius dirigendi ecclesiam ad salutem publicam*, quod continet imperium ciuile in ecclesiam, sensu proprio tale, *imperium sacrum*.

* Ex iure. 1) *sacrae inspectionis* deducitur ex.

gr. *ius maiestaticum*, *symbolum ecclesiae*, hoc est scriptum, quo dogmata fidei continentur: et *liturgiam*, quo ritus sacri seu actus religiosi sollemnes continentur; item ministros ab ecclesia electos, cet. *confirmandi*.

Ex

Ex iure 2) exclusionis dimanat ius maiestatum, tales subditos ad emigrationem obligandi etiam poenis propositis.

Ex imperio 3) sacra enascitur quoque ius maiestaticum, constituendi iudices ecclesiasticos, qui eius nomine in caussis ecclesiasticis ius dicant.

i. Contrarium sententiam fouet nimiumque potestatis circa sacra principi tribuit Ludou. de BEAUSOBRE diss. de nonnullis ad ius Hierarchicum Principum pertinentibus, Francof. ad Oder. 1750.

§. 140.

Atque haec quidem iura imperanti ciuili in ecclesiam competunt, siue ipse eius ecclesiae sit membrum, siue minus.

Ceterum 1) si impetrans ciuilis est membrum ecclesiae, status ecclesiae eiusmodi erit florentior, ipsaque evadet collegium publicum, hoc est societas ciuilis ad imperante publico approbata, priuilegiisque et immunitatibus instructa.

Talis ecclesia, si fuerit collegium aequale; imperanti simul competit ius voti coetu eccl-

siae

hac quo eius membrum §. 27: si vero fuerit inaequale; aut imperans ciuitatis simul et ipse erit imperans ecclesiasticus aut alius quidam; cuius consequenter imperio ecclesiastico subiectus imperans publicus. Posteriori casu pactis opus est, quibus limites utriusque imperii, ciuitatis neim patque ecclesiastici, praecise determinantur, ne ex pugna utriusque imperii respublica detrimentum capiat, quod quidem praecauere; ad imperantis civilis et obligationem et iura pertinet.

§. 102. 104. *REPARATIO ADOPTA*

2) Si contra imperans ciuilis ecclesiae eiusdam, quae in ciuitate deprehenditur, membrum non est, sed alienae religioni et ecclesiae additus; etiam pactis iura imperantis et ecclesiae mutua et certa stabilienda sunt. Quum enim ita in contrarias partes distrahuntur imperans et ecclesia; ex mutua dissidentia reperimus enasci tot contentiones tantasque controversias circa imperii publici libertatisque ecclesiæ limites, tranquillitati publicae adeo aduersas, ut sine talibus pactis rempublicam et ecclesiam vna consistere plane non posse satis comprobatum sit.

Positis vero talibus pactis *iura* atque *obligationes* inter imperantem ciuitatis atque ecclesiam exoriantur *posituue*, quibus immorari in Iure Publico Vniuersali non possumus.

TITVLVS VI.

DE

IVRE CIRCA ADMINISTRATIONEM
REIPVBL. EXTRINSECAM.

S. 141.

Quum imperantis ciuilis sit, salutem publicam etiam respectu exterorum aliorumque gentium promouere, atque ideo ipsi ius competit, quae-cumque administrationem reipublicae extrinsecam concernunt, determinandi pro aubitriq §. 104; consequitur, 1) ut *imperans ciuilis*, qua-tenus in ipsum translatum ius populi, *quidquid hoc sine cum exteris agit*, et suo §. 97. et simul *populi sui iure atque nomine*, ergo tamquam eius *mandatarius*, *populum et ciuitatem reprecen-tans*

tans §. 221. I. agat; populusque ideo in facta imperantit publici consentiro intelligatur §. 222.

L. et Ios.

Exinde vero etiam consequitur, 2) ut quidquid imperans ciuilis salutis extrinsecac gratia subdit, eiis praescribat, ab his faciendum §. 105.

§. 142.

Quamobrem ad iura maiestatica pertinet etiam ius, salutis publicae causamq; gentibus omnis deliberatusque instituendi, tractatus agendi §. 174. Ei et pacificandi; ideoque etiam ius, ex tali pacto cum ciuitati suae adquirendi, tum cum alteri genti obligandi. Pactum gentis cura gentes sancitum est PACTVM PUBLICVM (conuentio publica), pactum publicam sociale dicitur FONDVS. Quam itaque imperans publicus representet ciuitatem et gentem suam §. 141: pactum imperantis ciuilis cum gente extera ictum est pactum publicum; et, si fuerit sociale, foedus; ideoque ad iura maiestatica pertinet ius, pacta publica atque foedera sanciendi seu ius conuentiorum publicarum et ius foederum.

I 2

§. 143:

LEGA TIVS. 143. Quoniam deliberationes tractatus et pacto cum gentibus exteris pertinet ad negotia publica et maiestatica §. 120; si imperio ciuilis constituit subditas, qui nomine sed, ideoque simul nomine gentis negotiuni publicum cum externa gente tractare debeant; tales subditi euident officiales publici et ministri reipublicae §. 120. Subditus, a gente sua (qui pareret) ad alienam gentem missus, negotii publici tractandi causa, vocatur DELEGATVS. Quinobrem ad tutam maiestatica pertinet ius, 1) legatos missendi: quippe referendum ad ius tractatus agendi et pacificandi cum exteris, atque ad munerum publicorum §. 120; 2) legatos fabi ab aliis gentibus missos recipendi, et cum iis tractatus agendi, pactaque publica finciendi; uno verbo ius legationum.

Quinti populo vi libertatis naturalis competit*ius belli aduersus exteror laedentes, atque univeri teneatur singulos securos praestare, hinc etiam eorum iure vi persequi aduersus exteror et gentes,*

gentes alias; *imperanti ciuili*, in quem ius populi translatum, *competit ius belli*: in alias gentes, quod ad iura maiestatica pertinet. Atque hoc bellum, quod iure ciuitatis cum alia gente geritur, *bellum publicum* vocari solet.

Personae, ad vim bellicam inferendam ab imperante constitutae, sunt MILITES, militum societas est MILITIA: complexus instrumentorum belli seu rerum mobilium, quae belli usibus praeципue destinatae sunt, APPARATUS BELLICVS. Hinc ad ius belli, qua ius maiestaticum, pertinet ius, milites conscribendi, militiam ordinandi, ius apparatum bellicum constituendi et terrificem et naualem; ideoque et ius milites armis instruendi, ut et ius fortalitia exstruendi, eaque praesidiis firmandi, cet. Militia tuenda securitati extrinsecae potissimum inseruit: potest tamen imperans ciuilis vi potestatis executoriae eadem etiam vti, si opus fuerit, ad securitatem ad tranquillitatem intrinsecam tuendi, hinc etiam ad compellendum subditos inobedientes, ut obligationi suae satisfaciant §. 117. 129.

De cetero, quoniam ius pactorum publicorum ad maiestatica iura referendum §. 142; ad ea-

dein etiam pertinet ius pacta pacis fangiendi: quibus scilicet bellum finitur §. 304. I, quod dicitur *ius pacis*, et nocere etiam potest *ius pacis publicae*.

1. Io. Franc. BVDDEI diff. de officio imperantium circa conscribendum militem, Halae 1700.; et in eiusd. select. Jur. Nat. et Gen. (ibid. 1704. 8.) pag. 443.

2. Henr. BODINI diff. de obsequio militum in defendendo praesidio, Hal. 1701. recusa ibid. 1739.



TITVLVS VII.

DE

IVRE EMINENTI.

§. 145.

Bonum (commodum) singuli cuiusdam vel quorumdam ciuium discerni potest a bona ad vniuersos pertinente, sicut generatio in societate quacumque bonum singuli a bono communi §. 7; atque tunc illud appellatur bonum priuatum, hoc publicum significatu strictiori (conf. §. 89.). Est itaque **BONVM PVBLICVM**, quatenus opponitur bono singulorum, illud, quod proprius ad vniuersos quam ad singulos quosdam ciues pertinet; **BONVM contra PRIVATVM**, quod proprius ad singulum vel singulos quosdam ciues quam ad vniuersos pertinet. Potest illud vocat quoque *bonum partis*, illud *totius ciuitatis bonum*. Atque eodem sensu *publica etiam felicitas, securitas, tranquillitas, salus in publicam strictius et priuatum dispescitur*.

Quoniam imperans ciuilis ad singulorum et vniuersorum ciuium bonum consequendum obli-

gatur, quantum potest; ad iura maiestatica pertinet etiam ius, in collisione certorum bonorum civitatis obtinendorum, maius bonum preferendi minori; hinc excipiendi a bono priuato, si aliter obtaineri nequit bonum publicum. Quatenus e contrario consistere bonum priuatum cum publico potest, contra priuatorum salutem aliquid statuere, hinc ius quaestum ipsis auferre, imperanti non licet.

i. Ch̄ristiani WILDVOGELI tractatus de bono publico, an et quatenus princeps bonis priuatorum praeferre debeat, Jen. 1695. 4.

2. Christ. Lud. STIEGLITZ diss. de iure imperantium in ins. quaestum subditorum, Lips. 1713.

§. 146.

Status reipublicae, in quo conseruatio totius reipublicae vel maioris eiusdem partis cum conseruatione singuli cuiusdam vel quorundam subditorum consistere nequit, est status reipublicae extraordinarius §. 141. Pr. Quamobrem ad iura maiestatis pertinet ius, excipiendi a conserua-

seruatione singuli vel aliquorum subditorum, si tota respublica vel maior eiusdem pars aliter conseruari nequit, quod quidem ius vacatur ius EMINENS (maiestatis). Ergo ius eminentis locum non habet nisi in casu necessitatis, vbi nempe eius usus est medium unicum conseruanda reipublicae totius vel maioris eiusdem partis. Quoniam igitur in statu reip. extraordinatio et casu necessitatis continetur ratio, unde intelligitur ius eminentis, haec ratio iustifica §. 261. I. seu principium iuris eminentis per excell. vocatur ratio statutus. Hinc etiam ad iura maiestatica pertinent species iuris eminentis, 1) ius in casu necessitatis disponendi de quorundam subditorum rebus propriis, DOMINIVM EMINENS; 2) ius, in casu necessitatis disponendi de ipsis personis quorundam subditorum, POTESTAS EMINENS.

Ius eminentis omne ex pacto, ideoque ex consensu singulorum et omnium civium enascitur §. 91: ergo est verum ius, quod cum mero necessitatibus favore §. 142, et 143. Pr. ad statum ciuilem applicato, confundi non debet.

1. Io. Christoph. BECKMANNI diff. *de dominio eminenti, in meditationibus eius politici*

ticis p. 157-164; et de eod. argumento in
polit. parall. p. 174-180.

2. Iac. Andr. CRVSIVS *de dominio prae-*
eminenti principis et reipublicae in subditos
eorumque bona ac ius quae situm, Mindae
1668. 4, et in eiusdem opusculis p. 1-124.

3: Guil. LEYSERI *tractatus de imperio con-*
tra dominium eminem, Witteb. 1672., quo
continentur scripta ad controverson infer
ipsum et HORNIVM de hoc themate agita-
tam spectantia, conf. MEISTERI bibl. Iu-
ris Nat. part. I. pag. 150.

4. *Tractatus varii de ratione status*, 1692. 4,

•5. Immanuel. WERERI *diff. de recta pacis*
tempore bellicque ratione status, Gieff. 1700.
Alia de hoc argumento scripta reperias in
MEIST. bibl. Iur. Nat. part. III. pag. 133.
et Casp. THVRMANNI *bibliotheca statisti-*
ca s. syllabo eorum, qui de ratione status,
principumque ministris, consiliaris, legatis et
bonis domanalibus scripserunt, Hal. 1701. 4.

§. 147.

Quum vero in republica omnium ciuium salus
communiter promouenda, omniumque ad oner-
re

reipublicae ferenda communis sit obligatio §. 91. 89; imperans ciuitatis tenetur, eos, quibus emergente casu necessitatis ex iure eminenti onus praecipuum imposuit, cessante necessitate publico auxilio subleuare, quantum fieri potest; consequenter ipsi suis competit, ad iura maiestatica pertinens adigendi reliquos ciues, ut communiter concurrant ad subleuandum eos, qui onus tale praecipuum pertulerunt, ideoque etiam ad resarcendum iis id detrimentum, quod ex iure eminenti passi fuerunt.

I. Corn. van BYNCKERSHOECK nonnulla de dominio eminenti et de refundendo pretio eorum, quae iure eius dominii occupantur, in eius *Question. Iur. Pabl.* lib. II. cap. 15. pag. 290.



SECTIO III.

I V S P V B L I C V M
VNIVERSALE
H Y P O T H E T I C V M,

§. 148,

Jus Publicum Universale Hypotheticum occupatur in deducendis iuribus atque obligationibus imperantis ciuilis et subditorum ciuilium mutuis, quae e speciali ciuitatis constitutione §. III, hinc e diuersis recomplicarum formis specificis atque mutationibus deruantur, consequenter, quae positis certis pactis fundamentalibus legibusque fundamentalibus §. 129. colligi possunt.

TIT. I.

TITULUS II.

in imperio publico cuiuslibet regnorum et principatuum.

DE

et status Regnum et principatum et civitatem et

monarchiam et **M O N A R C H I A**.

et nullum est iuris ciuitatis vel Regni et Principatus nisi

per voluntatem suorum populi. **§. 149.**

In monarchia imperium publicum est penes mon-
archam seu principem, personam singularem
§. no, in quam a proprio translatum imperium,
ut illud exerceat **§. 97.** Quamobrem *ius principis*,
qua talis, metiendum e voluntate et inten-
tione, quae fuit populo, quum in ipsum trans-
ferret imperium, ideoque metiendum e pacto
subjectionis, legibus fundamentalibus reliquis **§.**
149. et fine ciuitatis **§. 98.**

§. 150.

Maieslas inuoluit imperium civile summam **§.**
95, ideoque etiam summa in ciuitate dignita-
tem eius, cui maiestas competit **§. 122.** Hinc
haec ipsa summa in ciuitate dignitas, quatenus
singulari personae inhaeret, vocari solet **MAIE-**
STAS PERSONALIS; atque hoc respectu maie-
stas,

itas, pro imperio ciuili summo sumta, appellari fuerit MAIESTAS REALIS. Populo itaque vi originis competit maiestas realis §. 95: si vero a populo ordinatur monarchia; in principem transfertur maiestas realis, ipsique simul imprimitur maiestas personalis, consequenter *monarcha naturaliter* (*monarcha ciuitatis liberas, qualis vi originis supponitur omnis ciuitas* §. 90.) *instructus est maiestate non tantum reali, sed etiam personali.*

Atque ex eodem fundamento *principi competenti libertas naturalis plena* tum respectu extero-
rum tum etiam respectu ipsius populi, cui imperat §. 97.; ideoque nec tenetur legibus, quas
vi imperii subditis tulit §. 34, et eatenus *princeps* dici potest *ex lex*, respectu nimirum eadem
legum ciuilium, quarum ipse est auctor et legislator §. 114; quum contra legibus fundamenta-
bus omnino sit adstrictus §. 109.

1. Henr. Lud. WERNHERI diss. *de statu summorum imperantium exlege*, Lips. 1704.

2. Dan. Frid. HOHEISEL diss. *de principe legibus soluto*, Halae 1720.

§. 151.

Quum Monarchia libera plerumque insigniatur titulo *regni*, atque ideo eius princeps *rex* dicitur, iurā maiestatica monarchae competentia appellari solent *regalia* (*iura*). Quodsi imperium publicum simpliciter principi delatum, ut consequenter ipsi competit imperium plenum et absolutum §. 100; ad *regalia* monarchae referenda sunt, quotquot dantur *iura maiestatica*, nullo excepto; atque eadem omnia exercere ad salutem publicam pro liberrimo arbitrio potest, quumi nulla scilicet existet peculiaris lex fundamentalis, qua vel regale quoddam ipsi fuerit ademptum, vel eius exercitium quodammodo fuerit restrictum. In *Monarchia* igitur, cuius imperium simpliciter in monarchiam translatum, tantum quoad exercitium imperii ciuilis potest unus, quantum uniuersus populus vi originis §. 95. 99. 100. Et penes monarcham talesm est summitas et plenitudo potestatis (ciuilis) illimitata.

§. 152.

Quodsi e contrario principi deferatur a populo imperium minus plenum dumtaxat vel limitatum; princeps 1) quatenus eius imperium est diminutus

tum, quodum vel quibusdam iuribus maiestatis caret §. 99, ideoque illa tamquam regalia exercere nullo modo potest; 2) quatenus eius imperium est limitatum, ipse in exercitio alicuius vel aliquoram iurium maiestatis certa lege est ad strictus, ideoque ille, quamquam sunt regalia, tamen contra modum legibus fundamentalibus determinatum exercere non potest §. 100. 109.

Hinc quotiescumque interest reipublicae, ut ius maiestaticum prioris generis exerceatur, vel, quoad exercitium iuris maiestatici posterioris generis, a modo determinato recedatur: toties princeps naturaliter indiget consensu populi. Quatenus ergo *populus* principi detulit imperium hac lege, ut sine populi consensu accidente de quibusdam negotiis statuere vel ultra modum definitum regale quoddam exercere princeps non possit; eatenus in monarchia, cuius imperium iure minus pleno vel restricto competit monarchiae, *populus* est in communione imperii ciuilis seu **C O I M P E R I O**, et hinc in communione regiminis reipublicae §. 97. seu **C O R R E G I M I N E**, atque hactenus quoque *populus* gaudet libertate naturali atque aequalitate cum principe §. 38.

§. 153.

§. 153.

Quoniam vero consensus populi seu universorum admodum difficulter obtineri potest, populus plerunque ius suum transtulit in collegium quoddam vel collegia quaedam: quale collegium, cui corregimen monarchiae independenter a principe competit, appellatur COLLEGIVM ORDINVM MONARCHIAE; quum singuli, qui voto decisivo in tali collegio gaudent, dicantur ORDINES (status) MONARCHIAE. Horum ordinum ad exercendum corregimentum legitimus congressus COMITIA monarchiae appellantur.

Atque ita constet, quatenus *monarchia*, cuius imperium principi minus plene vel limitato modo competit, sine ordinibus et comitiis esse nequeat; constat etiam in eadem principem et ordines sanctim sumtas maiestatem habere plenam et absolutam.

§. 154.

Caeterum quum ab arbitrio populi dependeat, quomodo transferre imperium velit §. 96; si populus imperium desert principi limitatum vel di-

K

minus

rum, varias etiam conditiones pacto subiectionis adiicere potest, ut eo fortius adstringatur, ad imperium intra fines determinatos continendum, ad sebisque vi pacti standum §. 194. I.

Inm. WEBERI diss. de regnis sub lego
commissoria delatis, Gieffae 1715.

§. 155.

Quoniam vi pacti, subiectionis princeps se obligat ad exercendum imperium et populus in ipsum ius excercendi imperium transfert, nec princeps imperium sine consensu populi abdicare, nec ipso iniitus a populo abdicari potest §. 182. I.

Conr. Sam. SCHURZFLEISCHI diss.
de abdicatione principum in eius operibus
historico-polit. No. 71.

§. 156.

Quoniam porro in monarchia imperium est unus vnum, cui consequenter reliqui ciues singuli quicumque subsunt; principis imperium publicum naturaliter etiam in eas personas, quae

ad

ad eius familiam pertinent, extenditur; quatenus istae personae ut ciues spectari possunt,

§. 157.

Denique quum actus principis, qua talis, qui nimis ad exercitium imperii pertinent, seu *actus regii*, distincti sint ab *actibus* eius reliquis seu priuatis; et princeps quoad negotia sua priuata et actus priuatos non tamquam imperans sed tamquam priuatus spectandus §. 121; *imperium publicum principis ad eius actus priuatos non extenditur*. Neque tamen exinde consequitur, ut princeps in actibus suis priuatis teneatur eo Iure Civili Positiuo, quo singuli subditi priuati inter se vtuntur; quum princeps legibus, quas vi imperii subditis tulit, naturaliter sit solutus §. 150. Quin potius, si res haecceae per se consideratur, adstruendum est, *principem vi libertatis naturalis* §. 150. *in actionibus et negotiis suis priuatis uti iure Naturali.*

I. Mich. Henr. GRIBNERI delineatio *Iurisprudentia Priuatae Illustrium*, cura Joh. Benjamin. REGIS G. Goetting. 1736. 8.

2. Burcardi Gotthelfi STRVII *Iuris prudentia Heroica*, in ordinem redacta et aucta cura Ioh. Aug. HELFFELDI, Jenae 4. pars I. et II. 1743, III. 1745, IV. 1746, V. 1747, VI. 1748. VII. 1753.

3. Io. Frieder. Wilh. de NEVMANN meditationes *Iuris Principum Prinati Francof.* ad Moen. 4to. tom. I. II. III. 1751, IV. V. VI. 1752, VII. VIII. 1753, IX. supplementa complexus, 1756.



TITULUS II.

DE

MODIS HABENDI IMPERIVM
MONARCHICVM.

§. 158.

Quum imperium publicum tam illud, quod populo originarie competit, e pacto unionis civilis; quam istud, quod competit personae, in quam primum a populo translatum imperium, ex pacto subiectionis §. 98, ideoque omne imperium originariae ex pacto oriatur: *modus adquirendi imperium publicum, vi originis, generatim in pacto consistit.*

Speciatim, si populus in unum transferre decernit imperium: quum naturaliter a voluntate et consensu ultroneo, hinc ab electio populi dependat, in quem illud transferre velit, a voluntate vero eius, cui offertur imperium, an illud habere velit; *imperium monarchicum vi originis adquiritur electione populi, quae sit conclusio §. 27, accepta ab electo.*

K 3

§. 159.

Quum vero ius monarchae electi naturaliter sit personalissimum §. 73; eo mortuo imperium ad populum redire, hinc ab eius arbitrio dependere, num velit aliū principem eligere, an aliam reipublicae formam constituere, intelligitur.

Et quoniam ciuitas est corpus immortale §. 90; principes vero singuli sunt mortales; si res publica ordinanda; populus conuenire debet, quis decedente, et generalius deficiente principe, et quomodo quisque succedere debeat in imperio ciuili. Quum itaque populus vi originis pro lubitu de modo succedendi in imperio statuerit possit §. 96; *is modus succedendi in imperio monarchico est legitimus, qui consensu populi; hinc lege fundamentali constituitur, atque ideo tot modi succedendi legaliter sunt possibles, quot concipi possunt.*

MONARCHIA; in qua deficiente principe successor semper est eligendus; vocatur ELECTORIA (electua): ea vero, in qua in locum defi-

cien-

erentes principis alius *citra electionem* simpliciter ex certa lege succedit; vocatur HEREDITARIA (successiva, successoria): illa tandem, in qua successor succedit quidem *citra electionem* certa lege, ita tamen, ut consensu populi accedens simul requiratur; vocari potest MONARCHIA MIXTA SUCCESSIONIS.

Quoniam *modus habendi imperium* publicum ab ipso imperio distinctum est tamquam res diuersa: 1) *in ipso imperio nihil mutat*, ut adeo ex diuersis modis acquirendi imperium, idem imperium summum, plenum, illimitatum vel oppositum imperium, et inuersa vice ex eodem modo diuersum imperium adquiri possit; 2) *monarcha*, quantumuis summo, pleno, illimitato imperio instructus, tamen *pro lubitu determinare modum succedendi in imperio publico*, vel *lege fundamentali determinatum mutare non potest*: quippe modus habendi imperium non est pars imperii, nec ad ejus exercitium pertinet.

I. Io. WERLHOFII diss. de electione et successione in regnis, Helmst. 1687.

2. Georg. Pauli ROETENRECCI diff.
de variis regna consequendi modis, Alt. 1706.

3. Io. Iac. MOSERI specimen Iuris
Publici Europae nouissimi *de iure et modo suc-*
cedendi in Regna Europae speciatim in Regnum
Bohemiae, Francof. ad Viadr. 1739. 4.

§. 161.

Quando itaque in monarchia deficit princeps,
interea donec alius eligatur, vacat thronus, qui
status monarchiae, in quo thronus seu sedes re-
gia vacat, seu status monarchiae deficiente prin-
cipe, INTERREGNUM vocatur. Durante er-
go interregno a voluntate populi dependet, num
imperium in interregno per se, an per alium aut
alias certos administrare malit. Is, cui tempo-
re interregni competit ius, nomine populi admi-
nistrandi rempublicam, est VICARIUS mo-
narchiae (regni, principatus, imperii). Itaque
vicarius regni est rector ciuitatis, cui demanda-
tum regumen §. 97, atque ideo merus admini-
strator reipublicae et *officialis publicus* §. 120, eius-
que officium naturaliter est temporarium, do-
nec

nec nimicum nosus rex eligatur, et eiusdem iura ex lege fundamentali metienda.

§. 162.

Quum ius transferendi imperium originario pones populum sit §. 96: *ius eligendi successorem principem populus vel sibi reservare, vel simpliciter in alium aut certos alios transferre, aut alicui vel aliquibus demandere, vel denique certas electionis leges condere potest, quibus determinatur v. c. personae eligibilitas, tempus et modus electionis.* Atque hoc casu ELECTIO, iuxta leges de eligendo principe conditas facta, est LEGITIMA; et regem illegitime electum populus agnoscere non tenetur.

§. 163.

Electio effectum sortiri nequit, nisi quatenus pactionem continet, cuius pacientes sunt populus eligens, qui defert imperium, et is, qui de latu*ri* sibi per electionem imperium acceptat

§. 68. Quamobrem antequam electio perfecta,

er, qui in electionem venit, nullum in imperium sus habet. 2) *Populus eligens quavis in electione nouas leges condere potest, iuxta quas futurus princeps exercere imperium teneatur*: quales leges in delatione imperii electo praescriptae CAPITVLATI O (paecta conuenta) appellantur, 3) *Electo integrum est, imperium sub talibus legibus delatum acceptare vel recusare.* 4) *Si acceptat, eo ipso adquirit imperium, sed capitulationi tamquam legi fundamentali adstrictum* §. 109.

§. 164.

Quoniam in monarchia electua ius eligendi successorem competit non principi, sed populo vel iis, quibus a populo delatum aut demandatum est, ideoque eius exercitium naturaliter est independens a voluntate principis; *princeps nec impedire electionem successoris, quae forte ipso adhuc viuo et regnante suscipitur, nec obtrudere populo successorem potest.* Is vero, qui legitime eligitur tamquam successor principis regnantis, est heres §. 286. l. monarchiae, atque ius eius exer-

exercendi imperium incipit, simul atque antecessoris ius finitur.

I. Car. Gottl. WEIDLICHII diss. de iure principis in Regno Electivo circa prospiciendum Reip. successorem. Lips. 1769.

§. 165.

Si monarchia hereditaria ordinanda: *condendae leges*, quibus designantur personae throni capaces, et modus succedendi definitur, *ut successor sit certus, atque ita turbae evitentur.* Tales ergo *leges successionis*, consensu populi naturalirer constitutae, atque in delatione imperii, primo monarchae facta, ab ipso acceptatae, obligant inuicem populum et monarcham omnesque eos, quibus exinde ius succedendi in imperio adquiritur vi pacti, hinc pertinent ad pacta fundamentalia et ad leges fundamentales.

§. 166.

Quamobrem in *monarchia hereditaria* qui deficiente principe ex lege *successionis* est *successor*,

cessur, novo populi consensu non indiget, atque ita *ipso iure succedit*: ideoque licet legibus fundamentalibus adhuc usitatis tenetur, tamen *nouis obligationibus aut capitulatione a populo intuitus adstringi non potest*. Et haec obtinent, quousque adsit, qui ius quae situm succedendi habet vi *legis successionis*. Talis vero si amplius non adsit; cessat efficacitas *legis successionis*, et reuiniscit *ius populi*, tum formam reipublicae, tum legem successionis cet, pro iubitu imminutandi.

§. 167.

Iu Monarchia mixtae successionis qui certa legge ad successionem in imperio vocatur, existente casu pro iubitu quidem populi praeteriri aut reiici non potest; attamen, si manifesta inhabilitate laborat, vel etiam nouam capitulationem populi acceptare recusat; populus eum agnoscere tamquam successorem principem non tenetur §. 160.

Diss. mea de regnis mixtae successionis,
Gotting. 1762.

§. 168.

§. 168.

In *monarchia hereditaria* si ius succedendi restrictum est ad posteritatem primi acquirentis; haec, quae obtinet, **SUCCESSIO** dicitur **URB
FAMILIAE HEREDITARIA**: si vero pendet simpliciter ex dispositione antecessoris: talis **SUCCESSIONE** vocatur **PATRIMONIALIS**.

§. 169.

MONARCHIA PATRIMONIALIS est, de cuius imperio monarcha disponere potest in modum patrimonii §. 236. I, qualis *princeps* ipse inde appellatur *patrimonialis*. Si potest tantum pro lubito in alium transferre, ideoque alienare imperium; **MONARCHIA PATRIMONIALIS** est **IMPERFECTA** talis: si simul territorium cum imperio pro lubitu inter plures dividere (diuide-re imperium *in partes subiectuas*); est **PERFECTA** talis. Vnde monarcha ipse *patrimonialis* vel *perfecte* vel *imperfecte* talis est. **MONARCHIA non-patrimonialis** vocatur **VSUFRUCTUARIA**, et eius *princeps* *usufructuarius* dicitur.

Quint

Quum ius principis naturaliter sit personalissimum §. 73; omnis *monarchia* naturaliter est *electiua*, ergo non *hereditaria*, multo minus *patrimonialis*, quin potius *usufructuaria*.

Minime vero omnium monarchia tamquam perfecte patrimonialis naturaliter cogitari potest.

Quum enim ad primarium reipublicae finem pertineat defensio sui aduersus vim externam, pacto vnionis civilis stabilita; diuisio autem territorii cum imperio in plures partes, hinc diuisio ciuitatis in plures ciuitates particulares et fini huic primario et vnionis pacto e diametro aduersetur; *populus* neutiquam intelligitur *imperium* translisse in aliquem, nisi ea lege tacita, ne diuidatur, vt adeo omne *imperium* naturaliter sit *indivisibile* (in partes subiectivas).

§. 170.

In *monarchia patrimoniali* *successor* adquirit *imperium* mediante *dispositione antecessoris*, ita ut populi consensu opus non sit; hinc a populo deinde excludi seu praeteriri, vel noua capitulatione adstringi successor non potest. §. 166;

Si

Si ergo princeps decedit, non facta successoris denominatione, neque existet lex fundamentalis, ex qua in defectum dispositionis succedit alius: nemini amplius in imperium ius est; consequenter hoc casu populus in libertatem naturalem revertitur, et leges fundamentales nouas, etiam de futura in imperium successione, condere pro arbitrio potest.

§. 171.

In monarchia, quae iure familiarē est hereditaria, adest familia, ex qua continuo successor adlēscendus, STIRPS REGNATRIX. Contenda ergo lex de ordine, quo quilibet e stirpe regnatrice succedere debet §. 156, et proximus ordine ipso iure fit successor in imperio. Quumque ius succedendi stirpis regnatricis ex consensu populi atque primi adquirentis mutuo proficiatur §. 159; successor ex stirpe regnatrice tertius, quartus et in sequentes non ab eo, cui immediate succedunt, ius suum deriuant, sed per antecessores dumtaxat ex pacto et prouidentia maiorum, hoc est primi adquirentis cum populo. Quamobrem

Quamobrem etiam nec a populo nec a successore quodam *lex successionis*, tali pacto stabilita, immutari potest in iuris illis, qui sunt e stirpe regnatrice, tamquam iis, quibus inde ius est qualitatum §. 165.

Exstincta vero stirpe regnatrice populus suus iterum fit iuris, hinc nouis legibus fundamentilibus nouum imperii modum et reipublicae formam constituere, vel aliam familiam iure pristino quaerere sibi regnaticem potest.

1. Joh. Franc. BYDRD diff. de *successionibus primogenitorum*, Halae 1695. et in *Sel. Jur. Nat.* p. 149 - 192.

2. Gott Sam. TREVERS Vntersuchung, wie weiz ein Fürst Macht habe, seinen erfigebohrnen Prinzen von der Nachfolge in der Regierung auszuschließen, 1718. 4.

§. 172.

Ceterum quum in omni monarchia contingere possit, ut princeps sit minoris, vel alia de causa impediatur administrare reipublicam, que ideo tutela principis et vicaria reipublicae adini-

administratione opus sit; in monarchia lex condenda detutela principis minorenxis et vicaria reipublicae administratione principe, impedito, ad quam, si condita est, obseruandam obligantur et populus et princeps tamquam ad legem fundamentalem.

I. Ioh. Nicol. H E R T I diff. de *tutela regia siue regnis sub tutela constitutis*, Gieſſae 1682.

§. 173.

Denique interest Monarchiae, ut definiatur modus terminandi controversias, quae de successione in imperio exoriri possunt, si nempe plures de iure succedendi potiori contendant, hoc est si **A E M V L I** (praetendentes) **R E G N I** existant, ob dubia forte circa ordinem succedendi vel dispositionem antecessoris vel electionem enata. Ergo *lex condenda de modo, tales lites terminandas*, quae ad fundamentales leges referenda, ex. gr. ut principi regnanti vel populo ius competit decidendi in caussa aemulorum regni: si nimirum populus principi cum imperio simul hoc ius

L quod

quod populo competit, transfert, vel sibi soli reseruat.

Quodsi vero lex talis non existet, ex qualib[us] aemulorum regni decidi possit; aemuli Regni inter se inuicem et cum populi, vi libertatis naturalis §. 150. et §. 90. utuntur Iure mere Naturali, neminique ergo mortalium competit ius, ex potestate iudicaria hanc litem decidendi. Verumtamen *populus*, ne bello inter regni aemulos exorto ipse extinguatur, fauore necessitatis vti, atque alterutrum aemulorum ultra agnoscere, vel victori se dedere, excluso altero, sine iniuria potest §. 142. Prol.

I. Diss. mea de iure in aemulum regni vulgo Praetendentem, Marp. 1747. I



TIT. III.

TITVLVS III.

DE

RELIQVIS RERVM PBLICARVM
FORMIS.

§. 174.

Democratiae seu reipublicae popularis imperium est penes populum, hoc est vel penes universos vel certe penes maiorem patrumfamilias ciuitatis partem §. 110. Quum de imperio universis vi originis competente supra expositum; sumamus nunc democratiam, quales hodie sunt pleraque, cuius imperium publicum in parte dumtaxat vniuersorum residet, spectandum ideo tamquam translatum ab vniuersis §. 96. -
 tus eorum, quibus iunctim seu collectiue sumtis in tali democratia competit imperium, appellari potest **COLLEGIVM** seu **CORPVS POPVLARE**, ut distinguat a populo pro vniuersis sumto. Quamobrem in democratia collegio populari imperium publicum naturaliter (si nempe simpliciter translatum) competit tamquam *summum*

L a

plac

plenum atque absolutum, immo cum iure exercendi imperium solet ipsi simul competere ius omne vniuersorum, quod ideo hic loci etiam assumentum, Hinc collegium popolare vocatur supremum (suimum §. 95.), eique competit maiestas §. 95.

§. 175.

Quoniam itaque in collegium popolare translatum ius vniuersorum; eius imperio subsunt singuli ciues quicumque, seu omnes ciues singulatim spectati, ideoque etiam singuli quique, qui sunt membra collegi supremi. Quare in republica populari nemo singulus est liber §. 74. I, contra vero ea collegium popolare naturaliter est liberum respectu et exterorum et sui ipsius hoc est ciuitatis suae.

§. 176.

Quoniam itaque collegium popolare liberum est, omneque ius vniuersorum habet §. 175. 174; collegium popolare de omnibus negotiis publicis, pro arbitrio statuere potest, et ab eius voluntate unice

vnice dependet determinare, quomodo imperium exercendum, quomodo succedendum in collegio supremo; condere leges fundamentales, easque tollere et mutare §. 96. 109.

§. 177.

Et quum membrorum collegii popularis ius naturaliter sit aequale: *communi eorum consensu de negotiis publicis statuendum, legesque condendae et tollendae, et quid casu emergente faciendum, communibus deliberationibus, suffragiis et conclusis perficiendum est* §. 26. 27. Conuentus collegii popularis negotiorum publicorum agendorum causa **COMITIA POPVLARIA** vocantur; ergo *corpus popolare negotia publica, quae per se agere vult, non nisi in comitiis popularibus agere potest.* Ut vero discordiae euitentur; *communis collegii popularis consensu, hinc legem fundamentali definendum, quinam ius communiorum hoc est votum in comitiis habere debent, quid pro voluntate totius collegii censendum, quandoque, tempore, modo collegium*

conuocandum, quomodo proponendum, suffragia ferenda, numeranda, conclusa efficienda certe-

§. 178.

Quoniam democratae ita solent esse compatae, ut membra collegii supremi omnia conuenire quotidie non possint; *neceſſe eſt*, ut *uni vel certis personis administratio reipublicae commitatur*, ſeu regimen publicum demandetur quo ad negotia quotidiana ac mbram non ferentia et executionem legum fundamentalium conclusumque collegii supremi. Atque ita constituitur vel persona singularis *rector ciuitatis* §. 97, qui eſt meritus reipublicae administrator et officialis publicus §. 120; vel *collegium certarum personarum*, quibus iunctim. competit imperium tamquam officium publicum, hinc nomine collegii supremi et totius populi, atque dependenter a collegio supremo exergendum. *Potestas* itaque talis rectoris et collegii subordinati ei voluntate collegii supremi et fine ciuitatis aſſumpta. *Vnde etiam patet*, in democratia exercitium inter-

perit

perit, quoad ea, quae rectori et collegio subordinatio non commissa, quum sibi reseruatum sit a collegio supremo; restrictum esse ad certum locum et tempus, ad comitia nimirum popularia.

§. 179.

Ceterum *democratia*, quae existit omnis, est *hereditaria* eo sensu, vt certis familiis vel certorum praediorum possessoribus ius comitiorum adhaereat: vt ita posteri certorum patrum familias, qui membra collegii supremi fuerunt, et successores in certa praedia, quorum possessores fuerunt membra collegii supremi, in eorum locum successiue succedant. Generatim *modus succedendi in iuris comitiorum ex lege fundamentali aestimandus*, quae *consensu ipsius collegii supremi, quatenus ius vniuersorum habet, condenda.*

§. 180.

Aristocratiae seu reipublicae aristocratiae imperium competit certis optimatibus collectiue

summis seu *collegio optimaticum* §. 110, personae morali, in quam translatum a populo *imperium publicum*, quod ideo *optimatibus naturaliter competit tamquam summum, plenum, absolutum* §. 100. Vnde intelligitur, cur collegium tale vocetur *senatus supremus* §. 65, eique competere maiestatem, *Senatumque supremum naturaliter tantumdem posse in aristocracia, quantum in monarchia potest monarcha.*

§. 181.

In aristocracia igitur *senatus supremi imperio subsunt omnes et singuli ciues quicumque cunctaeque societates reliquae, ciuitatis membra, etiam singuli quique optimates; consequenter in aristocracia nemo singulus liber, nec corpus nullum a senatu supremo diuersum liberum: senatus ipse vero liber intuitu quum exteriorum cum ciuitatis suae. Et quum ius populi in ipsum translatum; senatus supremus representat populum. Quoniam vero optimates collectiue duntaxat habent ius, quod monarcha naturaliter solus*

solus habet; naturali ratione *dignitas monarchae* praefat *dignitate singulorum optimatum.*

§. 183.

Quoniam, si aristocratis ordinanda, populus vi libertatis originariae formam reipublicae pro arbitrio suo determinare potest; ab eius vnicie voluntate dependet, definire: *quantus esse debet optimatum numerus, quinam esse possint optimates, quomodo constituendi, num eorum regimen temporarium an perpetuum esse debent, virum successores eligendi, an certa successionis lex statuenda, num ius optimatum ad certas familias an ad possessionem praediorum vel ad aliam personae qualitatem restringendum.* Atque de his *leges condendae, quae valent tamen quan*ti* fundamentales.*

§. 183.

Quod si itaqua inter populum et optimates in delatione imperii publici tales leges pactae, hinc L § pacto

pacto subjectionis §. 98. adiectae; senatus supremus iis tenetur vi pacti cum populo, consequenter eas tollere vel immutare sine populi consensu nequit. Enim uero si simpliciter imperium cum omni iure populi in optimates translatum; senatus, sicut collegium populare §. 174. leges fundamentales ipse pro arbitrio et condere et abrogare atque mutare potest.

§. 184.

A R I S T O C R A T I A est HEREDITARIA, si ius voti in supremo senatu certis familiis, vel certorum praediorum possessoribus adhaeret; ELECTITIA vero, si ius suffragii ex electione vel collegii supremi, vel populi, aut eorum, qui ius populi habent, semper est adquirendum; MIXTAS SUCCESSIONIS, si est electitia, ita tamen ut eligibilitas ad certas familias vel certorum praediorum possessores sit restricta.

§. 185.

Si in aristocratia electitia ius eligendi optimates successores non ipsi senatui supremo, sed populo

pulo aut aliis, quibus id a populo datum, competit; singuli tamen optimates aut saltem totum eorum collegium populi imperio non subest: talis reipublicae forma est aristocratica, et aestinari debet iure aristocratiae; licet videatur esse democratia. Atque eiusmodi respublica, quantum talis esse non apparet, vocari potest *aristocratica cryptica*.

§. 186.

Forma reipublicae ex monarchia, aristocratica et democratica simul, vel saltem ex binis eamdem composita non datur; quum totum ex pugnantibus componi nequeat. §. 170.
 175. 181. Datur tamen forma reipublicae, quae in aliis ad monarchiam, in aliis ad aristocratiam, in aliis ad democratiam proprius accedit, aut saltem ex binis reipublicae formis aliquid participat; qualis **R E S P U B L I C A M I X T A** vocatur. Oritur reipublicae mixtae forma ex imperii publici diuisione in partes potentiales §. 99, et eius limitatione, utroque actu a populi voluntate uni-

ce dependente §. 96. Quoniam itaque et diuisio et limitatio imperii variis modis pro arbitrio populi fieri potest; mixtae rerum publicarum formae pluribus modis differunt, et cuiuslibet reipublicae forma per leges fundamentales definienda.

I. Gott. Sam. T R E V E R diss. *logomachia de ciuitatibus mixtis.* Gotting. 1742.

§. 187.

In republica igitur mixta dantur plures personae, seu singulae seu morales, quarum cuilibet competit certa pars imperii; vel qua propria vel qua communis, independenter a reliquis: Itoc plures singuli vel corpora, qui sibi inuicem sunt aequales et liberi quoad partem imperii cuique competentem. Quamobrem in reipublica mixta illi, inter quos diuisum est imperium vel commune, non nisi iunctim habent imperium plenum et absolutum.

§. 188.

§. 188.

Et quum in alia republica mixta maior imperii pars vni cuidam, in alia optimatibus, in alia denique populo competere possit, solet respublica mixta priori casu **M O N A R C H I A M I X T A**, altero **A R I S T O C R A T I A M I X T A**, tertio **D E M O C R A T I A M I X T A** vocari, quod scilicet proprius ad hanc quam ad aliam reipublicae formam accedit. Atque ita ab his formis mixtis distinguendae sunt **monarchia**, **aristocracia**, **democratia purae**, si puta imperium indiuīsum seu plenūm et absolutūm est penes vel vnuūm, vel senatum vel populum.

§. 189.

Denique etiam *ex pluribus rebus publicis componi posse corpus unum mediante pacto*, cui standum nullo negotio intelligitur. Quodsi igitur plures ciuitates ita coalescunt, ut omnes posthaec idem commune imperium publicum agnoscant; *ex pluribus ciuitatibus enascitur una ciuitas*.

§. 190.

§. 190.

Si vero plures ciuitates in certain societatem aeternam §. 90. coeunt, reseruato cuique imperio publico in iis, quae ad finem conuentum communem non spectant, oritur **C O R P U S F O E D E R A T O R V M R E R V M P V B L I C A R V M** (systema rerum publicarum associatorum seu Archaicorum). Foederatae ergo *respublicae manent ciuitates, diuersae spectatae erga se inuicem, sed mutuis iuribus atque obligationibus colligatae, ex pacto unionis*, quod ad pacta publica referendum §. 142, et legem unionis fundamentalem constituit, metiendis. Sed nihilominus foederatae *respublicac quoad finem conuentum et intuitu exterorum ut unum corpus spectandae, quod naturaliter est liberum, cuique maiestas, quippe quam singulae habent, et iura gentis compent*. §. 87.

**SECTIO IV.**

SECTIO IV.

DE

MODIS. IUS SVVM
PERSEQVENDI
IN REPUBLICA.

§. 191.

Si subditus ciuilis ius alterius violat, hinc obli-
gationi suae non satisfacit, eius factum est in-
iustum et laesio §. 52. I. Factum dolosum seu
maleficium. §. 52. I. subditi dicitur **DELICTVM**
(*crimen latius*), speciatimque ita appellari solet
transgressio dolosa *legis poenalis*, hoc est, cui in
casum inobedientiae adiecta poena expressa, seu
quae *sancctione poenali* imunita est. Factum sub-
diti culposum, speciatimque, quod contra legem
poenalem perpetratur, vocatur **QVASI-DEL-
CTVM**. *Delinquens ergo esse nequit subditus
maleficus seu facti dolosi reus.*

I. Reinh. ENGELHARDT *Versuche eines
allgemeinen peinlichen Rechts aus den Grund-
sätzen des natürlichen Rechts*, Francof. et
Lipc. 1756. 8,

§. 192.

§. 192.

Delictum, quo ius vniuersorum vel imperantis civilis proprius violatur, seu quod contra rem publicam vel imperantem publicam immediate committitur, est **P V B L I C U M D E L I C T U M** (crimen *strictius*); si minus, est **P R I V A T U M**, quo ergo pertinent omnia delicta, quibus priuato damnum datur, iniuria infertur.

§. 193.

Quoniam *imperanti civitatis* ob curam securitatis pulicæ et vi potestatis exsecutoriae competit ius maiestaticum efficiendi, ut a quoquis subditum cuique ius suum tribuatur §. 126. et 117; *imperanti publico* competit generatim in omnem subditum laudentem ius violentiae, quo laetus quisquis sit, contra laudentem subditum defendatur, praesetsurque indemnus et securus §. 126.

§. 194.

In specie imperanti competit *ius puniendi detraha* hoc est subditos deliquentes, ne velint, aut

aut in subsidium ne possint amplius delinquere, immo etiam puniendi quasi delicta, ut rei ad officium faciendum fiant attentiores §. 40. *Ius poenam irrogandi subditis*, quatenus imperanti vi imperii publici competit, *ad iura maiestatica pertinet*; et quum reipublicae intesit, ut delicta non committantur, *ius puniendi competit imperanti etiam ad auertenda delicta*.

1. Andr. Adami HOCHSTETTERI de iure poenarum liber singularis, Tübing. 1706., et 1710. 4.

2. De finibus poenarum ciuilium conf. August. LEYSERI diss. de ultimo supplicio, in Meditt. ad Dig. sp. 649. Vol. X. p. 397-378.

3. Ioh. Gott. GONNE besondere Anmerkungen von den Strafen in bürgerlichen Gesellschaften, in den Erlang. gelehrt. Anzeige gen 1744. n. 10. p. 73. f. 99.

§. 105.

Et quoniam delicta varios gradus admittunt quisque poenae mox maiorem mox minorem

M. pos-

poenam requirit, immo salus publica remissionem poenae interdum requirere potest; *ad iurâ maiestatica etiam pertinet ius, infligendi delinquentibus minorem maioremque poenam*, hinc pro ratione circumstantiarum salutis publicae caussâ *poenam constitutam exasperandi vel mitigandi*, vel denique etiam prorsus *remittendi*, quod ius postremum pocatur ius AGGRA-TIANDI.

1. Com. van BYNCKERSHOECK: *ut solius principis est crimina remittere, sic eius solius esse videtur, criminum impunitates publice promittere, Quæst. Iur. Publ. lib. II. n. 16. p. 299.*

§. 196.

Si ponitur delictum, quo 1) damnum privato allicui datum, 2) et simul lex penal is violata est: *competit imperanti ius 1) adigendi delinquentem, ut damnum ei, cui datum, resarciat, 2) ipsi poenam lege praescriptam infligendi.* Hinc in eiusmodi delictis dicitur *delinquens*

quens teneri ad satisfactionem et priuatum et publicam.

Quodsi hoc casu imperans vi iuris aggratiandi delinquentem poena eximit, non tamen eo ipso simul liberat ab obligatione, damnum datum reparandi. *In satisfactionem priuatam laeso priuato ius est, quod ipsi in uito imperans auferre nequit.*

§. 197.

Male, quae ab imperante subdito delinquenti, dum punitur, inferiuntur, varia cogitari possunt: Maximum specie est vitium supplicium, quod ius summi imperantis, ultimo supplico adisciendi delinquentem subditum vocatur *ius necis* (gladii, quibusdam quoque *ius vice et necis*).

Quum dentur crimina, ex quibus vel ob atrocitatem facti, vel ob pessimum exemplum imminet reipublicae graue periculum, internecione delinquentis auertendum: *ad iura maiestatica etiam pertinet ius, vita plebendi seu poena capitali adisciendi delinquentes, ius necis.*

1. Ioh. Eberh. ROESSLERI diss. de iure
summorum imprudentium in vitâ ciuium,
Tubing. 1714.

2. Eiusdem stricturae selectiores de iuri-
bus quibusdam posterioribus summorum impe-
rantium, Tubing. 1715. 4. quest. tercia.

§. 198.

Quum ius puniendi exerceri nequitat nisi in delinquentes, nemo autem naturaliter praeiumentus delinquens §. 98. I; *nemo etiam puniendus nisi delicto sufficienter probato*, ergo nisi probetur, tale factum existere, quod imputari tamquam delictum tali delinquenti possit §. 14. I. Ob eamdem præsumptionem. atque ad eruendam eo certius delicti veritatem culibet delinquenti permittendum est, - ut proferat, quae ad se excusandum facere posse existimat; id eoque *nemo inauditus et indefensus condennari potest.*

§. 199.

§. 199.

Quoniam denique imperantis est curare, ne delicta committantur, utque commissi puniantur; ius imperanti publico competit in eos actus, sine quibus veritas delicti cognosci non potest, ideoque ius inquirendi in delicta, vna verbo ius inquisitionis. Potest tamen imperans salutis publicae causa quandoque etiam exigere ab inquisitione suspectum de delicto perpetrato, hoc est abolere inquisitionem. Quoniam inquisitione abolita poena irrogari nequit §. 198; abolitio reuera contineat remissionem poena in delicto dubio, ideoque ius abolendi ad ius aggraviandi, hinc ad iura maiestatica pertinet §. 195.

§. 200.

Quum dentur iura, qua singulis in vniuersos atque hinc etiam inimperantem, cui delatum imperium ab vniuersis, competit §. 91. 103; singuli laeduntur ab imperante, in quem translatum imperium, si is facit, quod est contra ius

singulorum subditorum. Quoniam vero singuli adstringuntur tum subiectionis tum yniōnis pacto; *singulus laesus ius suum persequi ultra, quam quatenus non violas pactum yniōnis, nequit.*

§. 201.

Quum itaque vi pacti yniōnis singulus quisque teneatur yniuersis ad non turbandam tranquillitatem publicam §. 91; *singulus etiam quisque, qui se laesum ab imperante putat, obligatur ad se abstinendum ab omni violenta iuris sui contra imperantem publicum persecutione.* Accedit, quod in dubio praesumptio militet pro iure imperantis §. 108, immo quod imperans, si quid forte contra ius singuli subditi factum, ex ignorantia vel errore magis, quam deliberato animo egisse, et tollere velle laesionem, simul atque causam cognoverit, sit iudicandus.

§. 202.

Singulus ergo subditus ab imperante laesus non nisi placidis modis, litteris supplicibus, obsequi-

sequiosa grauaminum expositione saluti suae priuatae consulendi ius habet. His vero frustra tentatis rectius egreditur e ciuitate, quam adhibita violentia in publicae tranquillitatis perturbatione quaerere commodum priuatum sibi arroget.

S. 203.

Si ius uniuersorum violatur, aut pars populi insignis laeditur ab imperante; laesi ciues tranquillitatis et salutis publicae caussa vi pacti vnionis tenetur, vt nullum medium placidum intentarum relinquant, antequam imperanti mali regenti vim opponere, atque ita reuera in yiscera propria saeuire, coeperint.

Est itaque illud non ius imperantis, sed obligatio subditorum, qua sociorum pacti vnionis erga se inuicem, vnde efficitur, vt populus ius suum contra imperaniem laedentem violentis mediis persequi nequeat, nisi imperans ad tantum laesionum gratum abripiatur, ut periculum, quod reipublicae ex continuata et tolerata imperantis iniustitia imminet, maius sit eo,

M 4.

quod

quod ex summis contra ipsum armis est metuendum.

S. 204.

Princeps, qui manifesto proposito in exitium reipublicae imperio abutitur, vocatur TYRANNVS, et subinde etiam TYRANNVS EXERCITIO talis, ut nimis distinguatur a TYRANNO TITULO tali, hoc est usurpatore imperii monarchici §. 98; regimen tyranni qua talis TYRANNIS appellatur. *Populus* igitur tyranno resistere eumque coercere potest, ut se abstineat a tyrannide, atque intra salutis publicae limites reducat regimen; vel in subsidium recedere potest a pacto subiectoris atque abdicare tyrannum, quod fit *debronisatione*.

S. 205.

Princeps ob tyrannidem thronē electus cessat esse imperans, non vero propterea simul cessat esse persona in statu libertatis naturalis posita. *Populus* excusso tyranni iugo cessat esse ipsi subiectus,

iectus, ideoque respectu tyranni in statum libertatis naturalis reuertitur.

Hinc si *tyrannus* et *populus libertatis suae vindex*, armis aduersus se iuicem contendunt; *bosiles euadunt, bellum oritur, et ius populi, bellum contra tyrannum gerentis, ex iure hostis iusti in iniustum est aestimandum.*

§. 206.

Quibus intellectis facile patet, adsentiendum non esse 1) *Machiavellis*, qui opinantur, *populum erga principem teneri obedientia mere passua*, et *principi competere sale ius irresistibilitatis*, ut *populo suo iniuriam facere nullo modo aveat*, 2) nec *Monarchomachis*, qui opinantur, *principem, ob iniustitiam contra subditos commissam, a populo posse puniri*. Et machiavellistarum sententia, *MACHIAVELLISMVS* et *MONARCHOMACHISMVS*, errorem continet; quod ex superioribus principiis conficitur §. 103. 205.

I. *Machiavellistarum antisignanus est Nicolaus Machiavellus*, cuius tractatus:

M S

ii

il principi, 1515. primum editus, his principiis repletus est. A seclis Machiællus inter alios habet.

Casparum SCIOPPIVM in paedia politices Romae 1623: cura Herm. CANTINGII recusa, Helmst. 1663. 4. et

Thomam HOBESIVM, cuius elementa philosophiae de Ciue et Leviathanem supra commémorauimus part. I. p. 44.

a. Monarchomachorum duces potissimum sunt

Georg. BUCHANANVS in dialogo de Iure Regni apud Scotos, qui primum prodiit Edimburgi 1580. 4.

Stephanus Iunius BRYTVS in vindiciis contra tyrannos seu de principiis in populum populique in principem legitima potestate, cuius prima editio publicata 1580.

Ioh. BOUCHERIUS in tr. de iusta Henrici III. abdicatione e Francorum regno, Lugdun. 1591. 4.

Guilielmus REINALDV斯 (William Raynold) sub nomine Guilielmi Rossæ ilatæten

tens in libro: *de iusta Reip. Christianae in Reges impios et haerediticos auctoritate*, Antwerp, 1592. 8.

Ioh. MARIAN A in tribus libris *de Rege et Regis institutione*, Tolei 1599.

Ioh. MILTONIVS in duplice defensione *Regicidii Caroli I. Magnae Britanniae Regis*, Lond. 1651. et 1654. cons. *Biblioth. Juris imperantium* pag. 118. scqq.

§. 207.

In *aristocracia* si quidam optimatum, reliquis exclusis, summum imperium usurpant, talis aristocratiae status vocatur **OLIGARCHIA** (sensu malo, oligocracia, dynastia). In *democratia* vero quando sine ordine et perturbam omnia aguntur, talis democratiae status est **OCHLOCRATIA**.

Quum per oligarchiam maiestas collegii optimatum violetur, et per ochlocratiam tranquillitas reipublicae popularis maxime perturbetur, singuli vero optimates subditi sint collegii supremi §. 181, et singuli itidem e populo sint subditi populi totius vel collegii popularis §. 175: conse-

qui

quitur, ut qui *obligarchicam* exercent, vel *rem-publicam* in *oecblocratiam* coniiciunt, fiant delinquentes §. 191, *rei criminis publici* §. 192, laesa nimirum maiestatis aristocraticae vel popularis, atque hinc a *collegio supremo aristocratio* vel *democratico* puniri iure meritoque possint.



IVS PRIVATVM VNIVERSALE in Iuri Naturali exul.

§. 208.

1. Nunc progrediendum esset ad *Ius (Ciuite)* *Priuatum Vniuersale*, quod complectitur iura atque obligationes naturales subditorum ciuilium erga se inuicem §. 87, potissimum eas, quae ipsis qua talibus tribuendae; hinc tradit leges naturales a subditis ciilibus inuicem naturaliter obseruandas, necumque iuridicum inter eosdem intercedentem, atque officia eorumdem ciuilia mutua explicat,

2. Et

2. Et facili quidem negotio plures hic locide-
ducere possemus propositiones, reuocato in au-
xilium 1) Iure mere Naturali, 2) Iure Sociali
Vniu. 3) Iure Oeconomico Vniv. et 4) Iure
Ciuitatis Vniu. in genere: quippe ex quarum di-
sciplinarum principiis ad statum subditorum ciui-
lium applicatis deriuantur plures leges priuatae
vniuersales.

3. Verum enim vero si penitus hanc rem in-
uestigaueris non difficulter poteris conuinci, *ni-
bil noui determinasque iuris nec obligationis in
eiusmodi Iure Priuato vniuersaliter affirmari
posse.*

4. Nimirum obligatio subditi ciuilis vel consub-
ditum est obligatio subditi ciuilis vel qua talis vel
non qua talis. Posteriorem obligationem latiori
paululum significatione appellare possumus NATU-
RALEM; priorem vero strictiori sensu CIVILEM
OBLIGATIONEM, cuius correlata, *ius ciuale*
et *suum ciuale*, quid hoc sensu denotent, facile
intelligitur.

5. Obligationes naturales iuraque naturalia
subditorum ciuilium reciproca ad Ius Priuatum
Vniu.

§. 192.

Delictum, quo ius vniuersorum vel imperantis civilis proprius violatur, seu quod contra rem publicam vel imperantem publicam immedie committitur, est **P V B L I C U M D E L I C T U M** (crimen *strictius*); si minus, est **P R I V A T U M**, quo ergo pertinent omnia delicta, quibus priuato damnum datur, iniuria infertur.

§. 193.

Quoniam *imperanti ciuitatis ob cypram securitatis pulicæ et vi potestatis exsecutoriae competit* ius maiestaticum efficiendi, ut a quoquis subditum cuique ius suum tribuatur §. 126. et 117; *imperanti publico competit generatim in omnem subditum laudentem ius violentiae, quo laetus quisquis sit, contra laudentem subditum defendatur, praefestaturque indemnus et securus* §. 126.

§. 194.

In specie imperanti competit *ius puniendi detra* hoc est subditos delinquentes, ne velint, aut

aut in subsidium ne possint amplius delinquere, immo etiam puniendi quasi delicta, ut rei ad officium faciendum fiant attentiores §. 40. *Ius poenam irrogandi subditis*, quatenus imperanti vi imperii publici competit, *ad iura maiestatica pertinet*; et quum reipublicae interest, ut delicta non committantur, *ius puniendi competit imperanti etiam ad auertenda delicta*.

3. Andr. Adami Hochstetteri de iure poenarum liber singularis, Tübing. 1706., et 1710. 4.

2. De finibus poenarum ciuilium conf. August. Leyseri diss. *de ultimo supplicio*, in Meditt. ad Dig. sp. 649. Vol. X. p. 397-378.

3. Ioh. Gott. Gonze besondere Anmerkungen von den Strafen in bürgerlichen Gesellschaften, in den Erlang. gelehrt. Anzeigen 1744. n. 10. p. 73. f. qqq.

§. 105.

Et quoniam delicta varios gradus admittunt quisque poenae mox maiorem mox minorem

M.

pos-

poenam requirit, immo salus publica remissio-
nem poenae interdum requirere potest; *ad iura
maiestatica* etiam pertinet *ius*, *infligendi delin-
quentibus minorem maioremque poenam*, hinc
pro ratione circumstantiarum salutis publicae
caussa *poenam* constitutam *exasperandi vel miti-
gandi*, vel denique eriam prorsus *remittendi*,
quod *ius postremum* pocatur *IUS AGGRA-
TIANDI*.

t. Com. van BYNCKERSHOECK: *ut so-
lius principis est crimina remittere, sic eius
soli esse videtur, criminum impunitates pu-
blice promittere, Quaeſt. Iur. Publ. lib. II.
n. 16. p. 299.*

§. 196.

Si ponitur delictum, quo 1) *damnum pri-
uato allicui datum*, 2) et simul lex poenalis vio-
lata est: *competit imperanti ius* 1.) *adigendi
delinquentem*, *ut damnum ei, cui datum, re-
ficiat*, 2) *ipſi poenam lege praescriptam infli-
gendi*. Hinc in eiusmodi delictis dicitur *delin-
quens*

quens teneri ad satisfactionem et priuatam et publicam.

Quodsi hoc casu imperans vi iuris aggratiandi delinquentem poena eximit, non tamen eo ipso simul liberat ab obligatione, damnum datum reparandi. *In satisfactionem priuatam laeso priuato ius est, quod ipsi inuito imperans auferre nequit.*

§. 197.

Male, quae ab imperante subdito delinquenti, dum punitur, inferiuntur, varia cogitari possunt: Maximum specie est vitium supplicium, quod *ius summi imperantis*, ultimo supplice adficiendi delinquentem subditum vocatur *ius necis* (gladii, quibusdam quoque *ius vitae et necis*).

Quum dentur crimina, ex quibus vel ob atrocitatem facti, vel ob pessimum exemplum imminet reipublicae graue periculum, internecione delinquentis auertendum: *ad iura maiestatica* etiam pertinet *ius, vita plebendi seu poena capitali adficiendi delinquentes, ius necis.*

1. Ioh. Eberh. ROESSLERI diss. de iure
summorum imperantium in vitâ ciuium,
Tubing. 1714.

2. Eiusdem stricturae selectiores de iuri-
bus quibusdam potioribus suminorū impe-
rantium, Tubing. 1715. 4. quest. tertia.

§. 198.

Quum ius puniendi exerceri nequitat nisi in delinquentes, nemo autem naturaliter praeiumentus delinquens §. 98. I; nemo etiam puniendus nisi delicto sufficienter probato, ergo nisi probetur, tale factum existere, quod imputari tamquam delictum tali delinquenti possit §. 14.

I. Ob eamdem præsumptionem, atque ad eruendam eo certius delicti veritatem cui libet delinquenti permittendum est, ut proferat, quae ad se excusandum facere posse existimat; id eoque nemo inauditus et incensus condemnari potest.

§. 199.

§. 199.

Quoniam denique imperantis est curare, ne delicta committantur, utque commissi puniantur; ius imperanti publico competit in eos actus, sine quibus veritas delicti cognosci non potest, ideoque ius inquirendi in delicta, vnde verbo *ius inquisitionis*. Potest tamen imperans salutis publicae causa quandoque etiam exigere ab inquisitione suspectum de delicto perpetrato, hoc est *abolere inquisitionem*. Quoniam inquisitione abolita poena irrogari nequit §. 198; *abolitio reuera contineat remissionem poena in delicto dubio*, ideoque *ius abolendi ad ius aggravandi*, hinc *ad iura maiestatica pertinet* §. 195.

§. 200.

Quum dentur iura, qua singulis in vniuersos atque hinc etiam in imperantem, cui delatum imperium ab vniuersis, competit §. 91. 103; singuli laeduntur ab imperante, in quem translatum imperium, si is facit, quod est contra ius

singulorum subditorum. Quoniam vero singuli adstringuntur tum subiectionis tum ynnionis pacto; *singulus laesus ius suum persequi vltra, quam quatenus non violat pactum ynnionis, nequit.*

§. 201.

Quum itaque vi pacti ynnionis singulus quisque teneatur vniuersis ad non turbandam tranquillitatem publicam §. 91; *singulus etiam quisque, qui se laesum ab imperante putat, obligatur ad se abstinendum ab omni violenta iuris sui contraimperantem publicum persecutione.* Accedit, quod in dubio praesumtio militet pro iure imperantis §. 108, immo quod imperans, si quid forte contra ius singuli subditi factum, ex ignorantia vel errore magis, quam deliberato animo egisse, et tollere velle lesionem, simul atque causam cognoverit, sit iudicandus.

§. 202.

Singulus ergo subditus ab imperante laesus non nisi placidis modis, litteris supplicibus, obsequi-

*sequisq; grauaminum expositione saluti suae pri-
uatae consulendi ius babes. His vero fruſtra ten-
tatis rectius egreditur e ciuitate, quam adbibita
violentia in publicae tranquillitatis perturbatio-
ne quaerere commodum priuatum sibi arroget.*

§. 203.

*Si ius vniuersorum violatur, aut pars populi
in ſignis laeditur ab imperante; laefi ciues tran-
quillitatis et ſalutis publicae cauſa vi pacti vniō-
nis tenetur, vt nullum medium placidum inten-
ſatum relinquant, antequam imperanti mali
regenti vim opponere, atque ita reuera in yifcera
propria faeuire, coeperint.*

Est itaque illud non ius imperantis, sed obli-
gatio subditorum, qua ſociorum pacti vniōnis
erga ſe inuicem, vnde efficitur, vt *populus ius*
ſuum contra imperantem laedentem violentis me-
diis perfequi nequeat, niſi imperans ad tan-
tum laefionum gratum abripiatur, ut pericu-
lum, quod reipublicae ex continuata et tolerata
imperantis iniufitia imminet, maius fit eo,

M 4.

quod

quod ex summis contra ipsum armis est metuendum.

S. 204.

Princeps, qui manifesto proposito in exitium reipublicae imperio abutitur, vocatur TYRANNVS, et subinde etiam TYRANNVS EXERCITIO talis, ut nimis dicitur a TYRANNO TITULO tali, hoc est usurpatore imperii monarchici §. 98; regimen tyranni qua talis TYRANNIS appellatur. *Populus* igitur tyranno resistere cumque coercere posset, ut se absineat a tyrannide, atque intra salutis publicae limites reducat regimen; vel in subsidium recedere posset a pacto subiectoris atque abdicare tyrannum, quod fit *detronisatione*.

S. 205.

Princeps ob tyrannidem throne electus cessat esse imperans, non vero propterea simul cessat esse persona in statu libertatis naturalis posita. *Populus* excusso tyranni iugo cessat esse ipsi subiectus,

iectus, ideoque respectu tyranni in statum libertatis naturalis reuertitur.

Hinc si *tyrannus* et *populus libertatis suae vindex*, armis aduersus se iuicem contendunt; *bosiles euadunt, bellum oritur, et ius populi, bellum contra tyrannum gerentis, ex iure hostis iusti in iniustum est aestimandum.*

§. 206.

Quibus intellectis facile patet, adsentendum non esse 1) *Machiauelliſſis*, qui opinantur, *populum erga principem teneri obedientia mere passua*, et *principi competere sale ius irresistibilitatis*, ut *populo suo iniuriam facere nullo modo aveat*, 2) nec *Monarchomacbis*, qui opinantur, *principem, ob iniustitiam contra subditos commissam, a populo posse puniri*. Et machiauelistarum sententia, **MACHIAVELLISMVS** et **MONARCHOMACHISMVS**, errorem continet; quod ex superioribus piaçipis conficitur §. 103. 205.

1. *Machiuelliſtarum antesignanus est Nicolaus MACHIAVELLVS, cuius tractatus:*

M S

i7

il principi, 1515. primum editus, his principiis repletus est. *A seclus Machiællus inter alios habet.*

Casparum SCIOPPIVM in paedæ politices Romæ 1623 : cura Herm. CON RINGII recusa, Helmst. 1663. 4. et

Thomam HOBESIVM, cuius elementa philosophiae de Ciue et Leviathanem supra commémorauimus part. I. p. 44.

2. *Monarchomachorum duces potissimum sunt*

Georg. BUCHANANVS in dialogo de Jure Regni apud Scotos, qui primum prodiit Edimburgi 1580. 4.

Stephanus Junius BRUTVS in vindiciis contra tyrannos seu de principiis in populum populique in principem legitima potestate, cuius prima editio publicata 1580.

Ioh. BOUCHERIUS in tr. de iusta Henrici III. abdicatione e Francorum regno, Lugdun. 1591. 4.

Guilielmus REINALDVUS (William Rayold) sub nomine Guilielmi Rossæ latenter

tens in libro: *de iusta Rep. Christianae in Reges impios et haeredicos auctoritate*, Antwerp. 1592. 8.

Ioh. MARIANA in tribus libris *de Rege et Regis institutione*, Tolei 1599.

Ioh. MILTONIVS in duplice *defensione Regicidii Caroli I. Magnae Britanniae Regis*, Lond. 1651. et 1654. conf. *Biblioth. Iuris imperantium* pag. 118. scqq.

§. 207.

In *aristocracia* si quidam optimatum, reliquis exclusis, summum imperium usurpant, talis aristocratiae status vocatur **OLIGARCHIA** (sensu malo, oligocracia, dynastia). In *democratia* vero quando sine ordine et perturbam omnia aguntur, talis democratiae status est **OCHLOCRATIA**.

Quum per oligarchiam maiestas collegii optimatum violetur, et per ochlocratiam tranquillitas reipublicae popularis maxime perturbetur, singuli vero optimates subditi sint collegii supremi §. 181, et singuli itidem e populo sint subditi populi totius vel collegii popularis §. 175: conse-

qui

188 L. III. s. IV. DE MODIS.

quitur, ut qui obligarib[us] bicam exercent, vel rem-publicam in ocblocratiam coniiciunt, fiant delin-quentes §. 191, rei criminis publici §. 192, lae-sae nimirum maiestatis aristocraticae vel popula-ris, atque hinc a collegio supremo aristocratio vel democratico puniri iure meritoque possint.

* * * * *

IUS PRIVATVM VNIVERSALE
in Iuri Naturali exul.

§. 208.

i. Nunc progrediendum esset ad *Jus (Ciuite)* *Priuatum Vniuersale*, quod complectitur iura atque obligationes naturales subditorum ciuilium erga se inuicem §. 87, potissimum eas, quae ipsis qua talibus tribuendae; hinc tradit leges natura-les a subditis ciilibus inuicem naturaliter obser-uandas, nequamque iuridicum inter eosdem inter-cedentem, atque officia eorumdem ciilia mutua explicat,

2. Et facili quidem negotio plures hic locide-
ducere possemus propositiones, reuocato in au-
xilium 1) Iure mere Naturali, 2) Iure Sociali
Vniu. 3) Iure Oeconomico Vniv. et 4) Iure
Ciuitatis Vniu. in genere: quippe ex quarum di-
sciplinarum principiis ad statum subditorum ciui-
lium applicatis deriuantur plures leges priuatae
vniversales.

3. Verum enim vero si penitus hanc rem in-
vestigaueris non difficulter poteris conuinci, ni-
bil noui determinatique iuris nec obligationis in
eiusmodi *Iure Priuato vniversaliter affirmari*
posse.

4. Nimirum obligatio subditi ciuilis vel consub-
ditum est obligatio subditi ciuilis vel qua talis vel
non qua talis. Posteriorem obligationem latiori
paululum significatione appellare possumus NATU-
RALEM; priorem vero strictoiri sensu CIVILEM
OBLIGATIONEM, cuius correlata, *ius ciuile*
et *suum ciuile*, quid hoc sensu denotent, facile
intelligitur.

5. Obligationes naturales iuraque naturalia
subditorum ciuilium reciproca ad Ius Priuatum
Vniu.

Vniū: proprie, quatenus nempe ab aliis Iuris Nat. sp̄ciebus discēn̄itur, non pertinent: et si huc referantur, nihil tamen noui continent. Atque eatenus Ius Priuatum Vniū, non esset nisi repetitio eorum, quae in superiorib⁹ Iuris Naturae disciplinis tradita fuere.

6. Quamobrem ut Ius Priuatum Vniū, sp̄cialem nereatur tractationem, necesse est ut ex principio: *subditus ciuilis consubdito cuique tribuat suum citiile*, erū possint plures obligationes, quae stricte sunt ciuiles et vniuersaliter validae. Tales vero deduci posse, quae sint vniuersaliter validae seu vniuersales, equidem adhuc perspicere non possum.

7. Scilicet *obligatio* haec *ciuilis* generatim consistit in obligatione subditorum ad salutem consubditorum promouendam mediante *imperio ciuali* §. 89; consequenter est *obligatio* ad faciendum; quidquid summus imperans subditis ad salutem consubditorum promouendam imperat. *Vel* itaque ex hac obligatione generali atque indeterminata efficiatur in certa ciuitate *obligatio* specialis;

cialis, quae sit *civiliter valida*, ideoque quae dici possit certa et determinata; requiritur certus imperii civilis actus, quo haec obligatio imponitur, uno verbo *requiritur lex imperantis positiva* §. 114. Et talis lex *actuas* obligationem subditorum erga se inuicem, quae ante legem latam est *mero tantum possibilis*.

8. Ergo omnis obligatio civilis determinata est ex lege positiva, ideoque non dantur obligationes ciuiles determinatae vniuersales, nec consequenter datur *Ius Priuatum Vniuersale*.

9. Observes velim, obligationem subditi in consubditum ad eius salutem promouendam esse *obligationem ad finem*, qui finis generalis *pluribus mediis* obtineri potest. Ex istis variis mediis imperanti competit ius, hoc vel illud determinandi tamquam medium. Per hanc demum determinationem, quae sit ab imperante ciuili mediante eius lege positiva, obligatio subditi in consubditum oritur determinata: ante legem ciuilem obligatio determinata non adest.

10. Immo quum obligatio subditorum civilis oriatur ex *pacto*, quo se sibi inuicem obligant,

ad

192 L. III. *s. IV. DE MCDIS IUS SVVM PERSEQV.

ad communem salutem mutuo promouendam mediante imperio ciuali, hoc est *quatenus* ad hunc finem exstabunt *leges imperantis positiuae*; nec vltra hunc consensum, ideoque non vltra leges positiuas tenentur promouere mutuam salutem. Quapropter omnes *subditorum obligationes ciuiles determinatae sunt obligationes positiuae*, nullae dantur vniuersales, nullum dasur.

Ius Priuatum Vniuersale.




IVRIS NATVRALIS

TITVLVS IV.

IVS GENTIVM
VNIVERSALE.

§. 209.

Ciuitas libera respectu exterorum considerata,
Cimmo generalius omnis societatis libera maior
 et aeterna, quatenus ut vna persona spectatur,
GENS appellatur §. 87. **IUS GENTIVM VNIERSALE** (Naturale) est ius naturale applica-
 tum ad gentes erga se inuicem §. 97. Pr. Ergo
 Ius Gentium Vniuersale docet leges naturales a
 gentibus erga inuicem obseruandas, tradit iura
 atque obligationes, quae genti in gentem natura-
 liter competunt, explicat officia gentium, mutua
 naturalia, atque etiam iura maiestatica transeun-
 tia §. 104.



Inter scriptores, qui Ius Gentium Vniuersale
 singularibus commentariis explicuerunt, etminet

N

Zov-

ZOVCHEVS 1), TEXTOR 2), GLAFEBYVS
3), ICKSTATT 4), WOLFFIUS 5) atque
VATTELIVS 6).

1) Richardi ZOVCHAE*Iuris et Indicij
Fecialis seu Iuris inter Gentes et quæstionum
de eo explicatio*, Oxon. 1650. 4.

2) Ioh. Wolfgangi TEXTORIS *Synopsis
Iuris Gentium*, Basil. 1680. 4.

3) Ad. Frid. GLAFEBY's. Völker-Recht
nach dem Rechte der Vernunft betrachtet;
3te vermehrte Aufl. Nürnberg, Francof
und Leipz. 1752. 4.

4) Ioh. Adami ICKSTATT *Elementa Iu-
ris Gentium*, diss. resp. S. R. I. Comite CA-
ROLO de COLLOREDO, Wirceburgi 1740. 4.

5) Christiani L. B. de WOLF *Ius Gen-
tium* methodo scientifica pertractatum, in
quo *Ius Gentium Naturale ab eo, quod Volu-
zarii, Pætitii et Consuetudinarii est, accu-
rata distinguitur*, Halae 1749. 4.

6) *Le Droit des Gens* par M. de VATTEL
supra excitatus liber pag. 69.

SECTIO VI.

DE

I V S G E N T I V M
V N I V E R S A L E
I N G E N E R E.

§. 210.

Quum gens sit 1) societas, et quidem 2) libera §. praece.: quaelibet gens respectu alterius gentis est persona moralis degens in statu naturali §. 16, consequenter plures gentes erga se in unicem spectanda tamquam totidem personae liberae. Quamobrem gentes utuntur Iure mere Naturali, hoc est gaudent iuribus et tenentur obligationibus, quae naturaliter competit personis in statu libertatis naturalis positis §. 16.

§. 183.

Gentibus accensenda est omnis monarchia, aristocratia et democracia libera §. 110, et generalius omnis societas libera maior et aeterna, siue sit despotica §. 37, seu foederatarum rerum publicarum corpus §. 190, immo etiam certo

N 2

modo

modo omnis *respublica subordinata*, quatenus nempe non tamquam subordinata spectari potest. Quamobrem ad hæs societas maiores omnes Ius Gentium potest applicari vel in omnibus vel in quibusdam.

§. 212.

Quoniam porro *populus*, cui vi originis competit imperium publicum summum §. 95. *gens* est §. 209; praeterea autem quilibet *imperans summus* tuum *civilis* tuum *despota*, *monarcha*, *collegium optimatum* et *collegium popularo*, immo et *rector ciuitatis gentem suam repraesentant*, quatenus ius populi habent translatum vel demandatum §. 141, et hinc ipsis competunt iura maiestatica transeuntia nomine populi exercenda: consequitur; ut etiam *ad imperantes gentium et rectores ciuitatum eatenus applicari possit Ius Gentium*. Quod certo sensu etiam de imperantibus et rectoribus ciuitatem subordinatarum admittendum est §. praec.

§. 213.

Quum Ius Gentium Vniuersale sit species Iuris Naturalis in genere et cospecies Iuris mere Naturalis;

ralis; communia cum his disciplinis habet principia generaliora, ideoque *Ius Gentium Vniuersale a Iure Naturali in genere et Iure mere Naturali quoad principia generaliora non differt*. Sed quum principia generaliora Iuris Naturalis in genere applicentur in iure mere Naturali ad singulos homines, in Iure Gentium Vniu. ad integras gentes; homo vero et gens differant essentia, natura et statu; atque ex hac differentia plures diuersae elicantur conclusiones: *Ius Gentium Vniuersale differt a Iure Naturae in genere et a Iure mere Naturali subiecto speciali et conclusionibus.*

Ceterum Ius Naturale Gentium pariter atque Ius mere Naturale singulorum est *Ius necessarium, vniuersale, immutabile atque aeternum*.

§. 47. I.



SECTIO II.

I U S G E N T I V M
V N I V E R S A L E
A B S O L V T V M .

§. 214.

Quoniam gentes vtntur erga se inuicem Iure
mete Naturali §. 210; cuilibet genti ius
competit in sui qua personae conseruationem et
in actiones suas iustas §. 64. I. Quamobrem
omnes gens, si per se seu in statu originario spe-
ctantur, sunt liberae, et a se inuicem indepen-
dentes, ita vt nulla gens potestati vel imperio al-
terius subsit §. 69. 70. 71. I; omnes aequales, ita
vt nulli plus iuris vel obligationis quam alteri tri-
bui possit §. 81. et 82. I; omnes iure sese per-
ficiendi et adquirendi §. 77. I, vt et iure bonae
existimationis instructae §. 97. et 98. I.; nec sibi
inuicem tenentur nisi obligationibus negatiuis,
nec igitur ipsis reciproce competunt nisi iura ne-
gasiua §. 78. I.

§. 21.

§. 215.

Quoniam gens ex pluribus familiis aliquaque personis pacto unionis ciuilis consociatis composta est §. 89. 91; ad conseruationem gentis pertinet tum conseruatio vniuersorum et singulorum ciuitatis membrorum, tum ipsa etiam unionis ciuilis perduratio.

Quamobrem genti vi iuris in sui conseruationem §. 214. ius competit 1) in conseruationem singulorum et omnium ciuitatis suae membrorum, summi imperantis et subditorum, familiarum aliarumque societatum et vniuersitatum ciuilium; hinc ius ad protegendum ipsorum vitam, corpus iuraque quaelibet; 2) in perdurationem unionis ciuilis, forma reipublicae, legum fundamentalium, totiusque nexus iurium ac obligationum, qui imperantem inter et subditos, atque inter subditos mutuo intercedit. Atque hoc ius gentis respectu gentis alias est simul obligatorium respectu sui ipsius, quoniam deriuatur ex pacto unionis, quo vniuersi singulis tenentur tum ad eos protegendos §. 91, tum ad tuendam unionis ciuilis perpetuitatem §. 90.

§. 216.

Vi huius in sui conseruationem iuris genti etiam competit ius, omne periculum interitus a se auertendi §. 41. 57. et 270. I. *Interitus vero gentis non tantum in interitu omnium vel plurimorum saltem ciuium, sed etiam in sublata vniione ciuili consistit* §. 215.

§. 217.

Immo si gens coniicitur in statum extraordinarium, quo sine exceptione ab officio alteri genti debito interitum evitare nequit; genti competit fauor necessitatis §. 58. I. *Quare gens obligationi suae erga aliam potest non satisfacere in causa necessitatis, si nempe aliud evitandi interitus medium non suppetit* §. 58. I. et 144. Pr., *hinc in eum finem, ut ne omnes vel plurimi ciues pereant, aut ne omnis vno ciuilis dissolatur* §. 216.

§. 218.

Quoniam gens est persona libera §. 209, *et ius habet tuendi iura ciuium suorum* §. 215; *ius*

*competit genti non patiendi, 1) vt gens alia se
suo regimini negotiisque publicis immisceat 2)
vt bines et subditi sui in actionibus suis iustis et
negotiis priuatis turbentur vel impedianter. At-
que ita intelligitur, actionibns gentis iustis non
solum negotia gentis publica, sed etiam singulo-
rum actiones iustas et negotia priuata posse ac-
censer. Eisque porro hoc ius gentis circa ne-
gotia sua publica et ciuitum suorum priuata eo
fortius, quod innitatur obligationi vniuersorum
erga singulos ad tuenda singulorum iura ciuitatis-
que libertatem §. 215.*

§. 219.

*Et quia vi libertatis naturalis gens independens
est ab imperio alterius §. 215: exulat inter gen-
tes superior, obedientia, iudex, iurisdictio, poe-
na; et nefas est genti, aliam habere non serua.*

§. 220.

*Quoniam porro genti competit ius existimatio-
nis bonae, et gentes existimatione aequales sunt
§. 214; nulla gens bonorum aut praecedentiam*

ab altera exigere potest §. 101. I. Nec ad ius praecedentiae stabiliendum potentia maior, virtus insignior, artium et scientiarum cultura potior, religio purior, forma ciuitatis excellenter, respublica antiquior, maiestas ex populo rum aut regnorum pluralitate multiplicata, honor ab aliis gentibus exhibitus eminentior, et id genus aliqua aliquid valent. Competit genti etiam ius tuendi existimationem bonam singulorum suorum ciuium §. 215.

§. 221.

Quum imperantes publici, quibus delatum imperium, gentem suam repraesentent §. 214; quilibet imperans imperantem alterius ciuitatis spectare debet tamquam sibi aequalem, sicut in reliquis iuribus ita et quoad existimationem. Si quis igitur verbis vel factis contrarium declarat, consequenter si facit, quod in contemptum vel contumeliam imperantis alterius ciuitatis vergit; iniuriam infert imperanti ciusque genti.

§. 222.

Ergo si gens quaedam imperanti suo peculiarem titulum tribuit, quod cuilibet vi libertatis naturalis pro libitu licet; cumdem tamen titulum ut et aliae gentes ipsi tribuant, exigere negavit. Si vero ad pactione impetrat ab altera gente, ut talis titulus tribuatur, pacto standum.

§. 223.

Denique quantum genti ius competit, quatenus sine iniuria alterius fieri potest, scilicet perficiendi atque ius adquirendi §. 214; ius ipsi etiam est, potentiam suam augendi, ideoque ius ad ea omnia, quibus potentiam suam citra alterius gentis iniuriam augere potest; immo etiam ius singulos ciues suos protegendi in iis negotiis, quibus adquirere sibi et comparare, quaecumque ad vitae sufficientiam pertinent, modis naturaliter licitis student S. 215.




SECTIO III.

I V S G E N T I V M
V N I V E R S A L E
H Y P O T H E T I C V M

TITVLVS I.

DE



DOMINIO ET IURE
TERRITORIALI GENTIS.

§. 224.

Quum genti competant iura personae liberae §. 210; gens ius habet, res nullius occupando §. 113. I. et res atque iura aliorum pacificando adquirendi §. 170. I. et §. 19, hinc rerum a se occupatarum sit domina §. 142. I, frumentusque et accessoria rerum suarum ipso iure adquirit §. 152. et 153. I.

§. 225.

Speciatim genti vi dominii, quod in res suis habet, ius proprium competit, 1) rebus suis uten-

di fruendi, 2) de iis pro lubitu disponendi, 3) eisque possidendi; consequenter etiam ius, quamlibet aliam gentem a rerum suarum usu quocunque, dispositione, detentione et possessione excludendi §. 245. I.

Rebus vero, quae genti sunt propriae, non tantum accensendae sunt res, quae ad uniuersos pertinent; sed etiam certo modo res singulorum ciuium consequenter eae res omnes, quae sunt in patrimonio vel summi imperantis, vel certarum societatum ciuilium, vel singulorum subditorum. Quum enim uniuersi singulorum res ad salutem publicam promouendam dirigere §. 106, ideoque iis certo modo vti, de iisque disponere cum exteroruim exclusione possint, dominiumque etiam eminens in res singuloruim habeant §. 146; praetereaque teneantur ad tuenda singulorum iura §. 215; atque hinc genti ius competit non patiendi, vt aliquis ciuium suorum in exercitio dominii ab alia gente impediatur, consequenter etiam ius excludendi gentem alteram ab harum rerum usu, dispositione et possessione: res singulorum certo modo esse res gentis negari non potest, atque catenus genti in res singulorum ciuium

*competit, respectu aliarum gentium, ius quod-
dam proprium, quod dici suevit DOMINUM
PUBLICVM (dominium gentis), et consistit in
iure gentis disponendi pro suo arbitrio de rebus
ad se quomodo cumque pertinentibus cum exclu-
sione exterritorum. Atque ita dominium publicum
ad iura maiestatica transeuntia referendum,
potest tamen hic terminus ad immanentia iura
maiestatis extendi vi iuris imperanti ciuii com-
petentis, etiam per res ad ciuitatem quomodo-
cumque pertinentes salutem publicam promo-
ueandi.*

§. 226.

Hinc et ea orbis terrarum regio, quam ab ori-
gine inhabitat gens quaedam, cum iis, quae in
ea sunt, consequenter regio, in qua originarie
imperium habet, hoc est territorium gentis §.
106, est in gentis dominio §. 225.

Vnde colligitur, 1) nullam gentem intrare
alterius territorium, vel per illud transire, aut
in eo commorari, aut utilitatem quamdam etiam si
inaoxia fuerit, ex eo capere posse, nisi consentia-

ente ea gente, quae territorii domina est; 2) hinc a voluntate gentis dependere, sub qua lege exteris permettere velit transitum per territorium suum, commorationem in eodem usumque eiusdem quemlibet; 3) ei, in quem a gente translatum imperium publicum in territorio, competere etiam dominium gentis, quod vi originis habet in territorio suo, seu imperantem ciuilem, esse dominum territorii publicum.

§. 227.

Quoniam gens locis vacuis, territorio suo inclusis, uti cum exclusione exterorum physice et legaliter §. 108. I. potest; talium locorum dominium, si vult, habebit §. 112. I, consequenter et in iisdem imperium exercere poterit. Iam vero de hac gentis voluntate dubitari non potest, quum maxime eiusdem intersit, ut nullus locus intra territorii sui limites reperiatur, in quo respectu exterrorum ipsi non competit dominium atque imperium. Quamobrem si ciuitas coalescit ita, ut in certa regione tamquam sede gentis stabiliter oriatur territorium, intra cuius limites loca vacua

vacua reperiuntur inclusa: *loca talia vacua, eaque, quae in iis sunt, intelliguntur gentis dominio et imperio subiecta, ideoque spectanda eiusmodi loca tamquam a gente occupata* §. 113. I. Ergo hoc sensu quidquid est in territorio, est de territorio (quatenus fieri potest), ideoque de territorio esse presumitur, donec de veritate contrarii constiterit.

§. 228.

Genti, quae dominae territorii sui, competit etiam ius accessionis §. 151. I., ideoque ipso iure fit domina fructuum territorii sui naturalium atque industrialium ut et accessiorum fortuitorum et artificialium §. 147. et 150. L. Immogens etiam res alienas, quae territorio suo accidunt, adquirere potest iure accessionis putativa, ex. gr. res iactas et naufragas; restituendas tamen vero harum rerum domino, simul atque genti factus fuerit cognitus §. 155. I.

§. 229.

Quoniam gentis maximonere interest. ut ne-

perio non sit subiectus, et a gentis voluntate dependet, sub quibus conditionibus peregrino permettere velit, ut transeat per territorium vel in eo commoretur §. 226: *gens peregrinis transiūm per territorium suum es commorationem in eo aliter permittere* (salua lege naturali et declaratione in contrarium), *non intelligitur, quam ut imperio et legibus territorialibus subsint peregrini, quamdiu in territorio versantur vel commorantur.* Ergo quisquis est in territorio est sub territorio, hoc est subiectus est imperio publico domini territorialis, et peregrini sunt subditi temporarii, quoad scilicet in territorio commorantur; consequenter quicumque est in territorio, sub territorio esse praesumitur, donec contrarium probetur.

I. Frider. Guili. PESTEL diss. *iustitia et benignitas legum Germanicorum erga peregrinos examineata*, Rintel. 1754.

§. 230.

Ex pictis igitur liquet, *territorium* non tantum comprehendere terras et loca, quae a gente actu inhabitantur, sed etiam ad territorium

O

(quo-

(quoad eius fieri potest), pertinere, quidquid intra limites horum locorum continetur, totum terrarum et aquarum tractum; quidquid super et subter hunc tractum reperitur, totam ~~regionem~~; quidquid vel *naturae beneficio* in eo existit aut nascitur, ut silvas, montes, prata, inculta etiam et deserta loca, riuos, flumina, lacus, paludes, maria, cum accessoriis; velut brutis, seris, auibus, metallis, mineralibus, terrae fructibus, piscibus, cet.; vel quidquid *ars et industria* hominum in territorio produxit, ut sunt agri, horti, vineae, aedificia, vici, caffella, urbes cet.; vel quae *casu* intra territorium natae in illud delata fuerint.

§. 231.

Quoniam porro genti competit ius occupandi §. 224; *gens rerum a se occupatarum dominium adquirit*: modo res sit 1) phisice apprehensibili, 2) nullius et 3) actu apprehsa eo animo, ut sibi fiat propria §. 114. 115. I.

Quod ad primum attinet, quum gentis maior sit potentia quam singulorum; *maior* etiam

ferrae tractus et plures res simul a gente, quam quidem a singulis priuatis occupari possunt. Oceanus tamen manebit res nullius, et hinc liber (a dominio et ab imperio alicuius gentis), quo ad unius gentis ad reliquias omnes excludendas non sufficiet potentia.

Ex altero patet, terram ab alio populo inabitatam occupari non posse: licet iste populus sit ruditus et incultus, sine legibus et regimine ciuili, omnis de Diuinitate cognitionis moralitatisque expers, qui per ignorantiam atque barbariem suam fertilissimo solo bonisque aliis quam pluribus vti nesciat, ideoque bona sua vslibus generis humani subtrahat.

Ex ultimo elucet, non solo animo, sed corpore simul perfici occupationem. Si igitur gens declarat, se ex. gr. quendam terrae incultae tractum occupare velle, alia vero gens postea prior fuerit apprehensione; hanc occupauisse non illam, in aprico est. Ergo etiam quantum gens quaedam manifestis signis occupauit, tantum sumtaxat adquisuit.

* De libertate vel imperio maris multa est controuersia.

L. IV. III. IUS GENT. VN. HYPOTHETIC.

1. *Libertatem maris adstruit Hugo Grotius in diss. mare liberum, s. de iure, quod Batavus competit ad commercia Indica, cuius prima editio sine auctoris homine prodiit Lugd. Batav. 1609. 8.* Ad sectatores Grotii pertinet Ioh. Isaac, RONTANVS, Theodor. GRASWINCKEL, Ioh. GROENINGIUS aliquique.

2. *Imperium maris defendit*

Ioh. SELDENVS in opere: *mare clausum s. de dominio maris, libri duo, primum editi Londini 1636. 12.* Seldeni sententiam sequuntur auctores varii. *Angli, Lusitani, Itali, Germani.*

Conf. Ioach. HAGEMEYERI sylloge dissertationum de imperio maris, Francof. 1663. 12.

3. *Mediae inter utramque sententiae fauet Theodor. GRAVER in diss. de mari natura libero patris clauso, Traiect. ad Rhen. 1748.*

Conf. de scriptoribus Iuris Maritimi.

Ioh. Alb. FABRICII *Hydrotheologie* (Hamb. 1734. 8.) pag. 243. seqq.

S. 232.

Quum re, occupata transeat in dominium occupantis, qui omnia pro lubitu iura in rem suam exercere potest §. 136. I, gens etiam *in occupatio loco*, veluti insula vel parte maris, terrae adiacentis; exercere imperium potest, immo *imperium exercere telle intelligitur* §. 227, ideoque locus a gente *occupatus* sit pars *territorij* sui §. 226.

S. 233.

*Si gens locum quendam dominio sua subie-
ctum, ex c. insulam hactenus inhabitatam dere-
linquit; talis locus cessat esse res sua, et conse-
quenter etiam definit esse pars territorii gentis
dereliquentis, euaditque res nullius, cuilibet
occupanti patens, et si occupatur ab alia gente,
buius dominio et iuri territoriali subiicitur* §. 159.

I. et §. 232.

*Praesumta vero derelictio quum reuera sit
ficta, neque ideo efficiat, vt is, contra quem
pruesumitur, ius suum amittat* §. 166. I, *praescrip-
tio in iure Gentium exulat* §. 241. I.

O 3

Oppo-

214 L. IV. s. III. IUS GENT. VN. HYPOTHETIC.

1. Oppositae sententiae suffragatur Io.
Guolfg. K I P P I N G I V S in comminatione de
vſuſacapione Iuris Publici, Helmſt. 1733 4.

§. 206.

Denique quum quilibet de re sua disponere
pro lubitu possit §. 143. 1; genti etiam *ius com-
petit*, genti alteri vel eius ciuibus *ius quoddam
conſituere in territorio suo*; hinc partem territo-
rii oppignorare, vel seruitutem in territorio suo
conſituere.

1. Nic. Hieron. G V N D L I N G I I schedias-
ma de iure oppignorati territorii ſcundum
Ius Gentium et Teutonicum, Vitemb. et
Lips. 1741. 4.

2. Joh. Henr. F E L T Z I I diff. de iuris Pu-
blici seruitutibus, f. de iuribus in alieno ter-
ritorio, Argentor. 1701. recus. 1737.

3. Christoph, Joh. Conr. E N G E L B R E C H T I
commentatio de seruitutibus iuris Publici,
Helmſt. 1715. 4.. et cum praef. Chr. G. B.
v. D E R I , Lips. 1749. 4.

TITVLVS II.

DE

IVRE PACTORVM
PUBLICORVM.

§. 235.

Genti competit ius paciscendi, et paciscendatum adquirendi tum alienandi et sese obligandi §. 170. et 171. I, consequenter etiam pacta cum alia gente, hoc est pacta publica §. 142. sanctificandi. Referenda tamen ad pacta gentis etiam pacta singulorum suorum ciuium priuata, cum alia gente vel etiam cum priuatis alterius gentis quaque talibus sanctita, quatenus vniuersitatem singulis ad tuenda eorum iura §. 91. et 215, id eoque etiam iura pacto quaesita, erga exteroros; vnde quoque ad idem ipsis ius competit. Cui iuri vnius gentis respondet obligatio alterius gentis non permittendi, ut aliquis ciuium suorum fidem exteris datam fallas; quin potius efficiendi, ut quisque e populo obligationi suae erga exterum contractae, quantum fieri potest, satisfaciat.

O 4

§. 236.

§. 236.

Quatenus *imperans ciuilis*, cui datum imperium, et speciatim *princeps ius gentis suae seu populi babet, pactum imperantis publici*, qualis, cum alia gente vel eius imperante non tantum ad conuentiones gentis, sed etiam ad *conventiones publicas est referendam*; quippe ad iura maiestatica etiam ius pactorum publicorum pertinet §. 142: ideoque eatenus *ex promisso imperantis sui gens obligatur, et ex eius acceptatione gens adquirit.*

§. 237.

Quodsi vero *princeps*, qui vi leges fundamentalis sine consensu populi pacta publica sancire nequit, eo deficiente *pactum cum alia gente nomine gentis suae sancit*, eiusmodi *conuentio principis*, qua publica, hoc est quoad gentem suam concernit, est nulla §. 167. I, et quatenus inde gentem suam obligare intendit, *vicioſu* §. 181. I, nec consequenter *nisi ratibabitio*: po-

1. Henr. BODINI diss. *de contractibus summarum potestate* 1696. recus. Hal. 1743.

2. Georg. Ad. STRV VII diss. *de contractibus principum*, rec. len. 1745.

3. Henr. Andr. WALTHERI diss. *de contractibus summorum Imperantium*, Giessae 1728.

§. 238.

SPONSIO (publica) est pactum, quo quis nomine gentis genti alii aliquid promittit, qui hoc iure munitus non est. *Sponsio* itaque respeclu eius gentis, cuius nomine initur, vim patet non habet, nisi ab ipsa ratibabeatur. *Pacta principis*, de quibus §. praec. diximus, merae sponsiones sunt.

1. Christ. THOMASII diss. *de sponsione Romanorum Caudina*, Lips. 1784. et in eiusd. diss. Lips. (1695 4.) diss. 6. p. 428.

2. Eiusdem diss. *de sponsione Romanorum Numantina*, Lips. 1688. et in diss. Lips. diss. 14. p. 976.

§. 239.

§. 239.

SANCTVM *Iure gentium* vocatur id, cuius violatio publicae vel communi gentium salutis aduersatur maiori gradu. Quum igitur gentium maxime interfit, ut pacta publica, quippe quae boni publici ergo percutiuntur, non violentur: *pacta publica sancta sunt*, et hinc fides §. 184. I. *pública gentibus sancte babenda*.

1. Gotl. Sam. TREVER de auctoritate et fide gentium atque rerum publicarum commentatio, Lips. 1747. 4.

2. Corn. van BYNCKERSHOEK de seruando fidei pacorum publicorum, et an quae eorum tacitae exceptiones? in Eiusd. Quaest. Iur. Publici part. II. cap. 10. p. 251.

§. 140.

Quum gens sit corpus aeternum §. 90; *gens manet eadem persona moralis respectu exterorum*, licet mutetur rector ciuitatis, vel reipublicae forma, vel modus exercendi aut babendi im-

*speciatae non extinguuntur morte principis vel
alius cuiusque ciuitatis rectoris, aut mutato rei.
publicae forma, vel mutata modo imperandi cet.*
Hanc ob rationem *conuentiones publicae ipsae*
vocantur *aeterna* (perpetuae, Grotio *reales* di-
ctae), atque ideo *conuentiones publicae natura-
liter sunt aeternae*: ita ut non solum gentem et
principem praesentem, sed simul quoque omnem
gentis posteritatem omnesque principis successio-
res obligent, ideoque et in hos quoque ius ex
pacto publico quae situm transeat.

*Potes tamē conuenio publica ex consensu
gentium paciscentium expresso vel tacito esse tem-
poraria, quo et referendum pactum publicum
principis personale hoc est, ex quo principi ius
vel obligatio non transmissibilis adquiritur; quem-
admodum et conuentio talis diffensu mutuo tolli,
et hinc iura et obligationes mutuo acquisitae ex-
tingui pro lubitu possunt §. 252. I.*

§. 241.

*Quoniam foēdus est pactum gentium, quo so-
ciatēm ineunt §. 142; foēderā continent prae-
statiōnes non-transitorias §. 1, siue in perpetu-
um*

*competit, respectu aliarum gentium, ius quod-
dam proprium, quod dici suevit DOMINIUM
PVBLICVM (dominium gentis), et consistit in
iure gentis disponendi pro suo arbitrio de rebus
ad se quomodo cumque pertinentibus cum exclu-
sione exterritorum. Atque ita dominium publicum
ad iura maiestatica transeuntia referendum,
potest tamen hic terminus ad immanentia iura
maiestatis extendi vi iuris imperanti ciuii competen-
tis, etiam per res ad ciuitatem quomodo-
cumque pertinentes salutem publicam promo-
uandi.*

§. 226.

Hinc et ea orbis terrarum regio, quam ab origi-
nac in habitat gens quedam, cum iis, quae in
ea sunt, consequenter regio, in qua originarie
imperium habet, hoc est territorium gentis §.
106, est in dominio gentis §. 225.

Vnde colligitur, 1) nullam gentem intrare
alterius territorium, vel per illud transire, aut

ente ea gente, quae territorii domina est; 2) hinc a voluntate gentis dependere, sub qua lege exteris permittere velit transitum per territorium suum, commorationem in eodem usumque eiusdem quemlibet; 3) ei, in quem a gente translatum imperium publicum in territorio, competere etiam dominium gentis, quod vi originis habet in territorio suo, seu imperantem ciuilem esse dominum territorii publicum.

§. 227.

Quoniam gens locis vacuis, territorio suo inclusis, uti cum exclusione exterorum physice et legaliter §. 108. I. potest; talium locorum dominium, si vult, habebit §. 112. I, consequenter et in iisdem imperium exercere poterit. Iam vero de hac gentis voluntate dubitari non potest, quum maxime eiusdem intersit, ut nullus locus intra territorii sui limites reperiatur, in quo respectu exterritorum ipsis non competit dominium atque imperium. Quamobrem si ciuitas coalescit ita, ut in certa regione tamquam sede gentis stabili oriatur territorium, intra cuius limites loca

vacua

vacua reperiuntur inclusa: *loca talia vacua, eaque, quae in iis sunt, intelliguntur gentis dominia et imperio subiecta*, ideoque spectanda eiusmodi loca tamquam a gente occupata §. 113. I. Ergo hoc sensu quidquid est in territorio, est de territorio (quatenus fieri potest), ideoque de territorio esse presumitur, donec de veritate contrarii constiterit.

§. 228.

Genti, quae dominae territorii sui, competit etiam ius accessionis §. 151. I., ideoque ipso iure fit domina fructuum territorii sui naturalium atque industrialium ut et accessoriorum fortuitorum et artificialium §. 147. et 150. I. Immo gens etiam res alienas, quae territorio suo accidunt, adquirere potest iure accessionis putativa, ex. gr. res iactas et naufragas; restituendas tamen vero harum rerum domino, simul atque genti factus fuerit cognitus §. 155. I.

§. 229.

perio non sit subiectus, et a gentis voluntate dependet, sub quibus conditionibus peregrino permettere velit, ut transeat per territorium vel in eo commoretur §. 226: *gens peregrinis transitum per territorium suum et commorationem in eo aliter permittere (salua lege naturali et declaratione in contrarium), non intelligitur, quam ut imperio et legibus territorialibus subsint peregrini, quamdiu in territorio versantur vel commorantur.* Ergo quisquis est in territorio est sub territorio, hoc est subiectus est imperio publico domini territorialis, et peregrini sunt subditi temporarii, quoad scilicet in territorio commorantur; consequenter quicumque est in territorio, sub territorio esse praesumitur, donec contrarium probetur.

I. Frider. Guil. Pestel diss. iustitia et benignitas legum Germanorum erga peregrinos examinata, Rintel. 1754.

§. 230.

Ex pictis igitur liquet, *territorium non tantum comprehendere terras et loca, quae a gente actu inhabitantur; sed etiam ad retributum*

O

(quo-

(quoad eius fieri potest), pertinere, quidquid intra limites horum locorum continetur, totum terrarum et aquarum tractum; quidquid super et subter hunc tractum reperitur, totam *regionem*; quidquid vel *naturae beneficio* in eo existit aut nascitur, ut silvas, montes, prata, inculta etiam et deserta loca, riuos, flumina, lacus, paludes, maria, cum accessoriis; velut brutis, serris, auibus, metallis, mineralibus, terrae frumentis, piscibus, cet.; vel quidquid *ars et industria* hominum in territorio produxit, ut sunt agri, horti, vineae, aedificia, vici, castella, urbes cet.; vel quae *casu* intra territorium nata aut in illud delata fuerint.

§. 231.

Quoniam porro genti competit ius occupandi §. 224; *gens rerum a se occupatarum dominium adquirit*: modo res sit 1) physice apprehensibilis, 2) nullius et 3) actu apprehensa eo animo, ut sibi fiat propria §. 114. 115. I.

Quod ad primum attinet, quum gentis maior sit potentia quam singulorum; *maior* etiam

ferrae tractus et plures res simul a gente, quam quidem a singulis priuatis occupari possunt. Oceanus tamen manebit res nullius, et hinc liber (a dominio et ab imperio alicuius gentis), quo ad unius gentis ad reliquas omnes excludendas non sufficiet potentia.

Ex altero patet; *terram ab alio populo inabitaram occupari non posse*: licet iste populus sit ruditus et incultus, siue legibus et regimine ciuili, omnis de Diuinitate cognitionis moralitatisque expers, qui per ignorantiam atque barbariem suam fertilissimo solo bonisque aliis quam pluribus vti nesciat, ideoque bona sua vsibus generis humani subtrahat.

Ex ultimo elucet, *non solo animo, sed corpore simul perfici occupationem*: Si igitur gens declarat, se ex. gr. quendam terrae incultae tractum occupare velle, alia vero gens postea prior fuerit apprehensione; hanc occupauisse non illam, in aprico est. Ergo etiam quantum gens quaedam manifestis signis occupauit, tantum sumptuosa adquisuit.

* *De libertate vel imperio maris multa est controuersia.*

L. IV. III. IUS GENT. VN. HYPOTHETIC.

1. *Libertatem maris adstruit Hugo Grotius in diss. mare liberum, s. de iure, quod Batavus competit ad commercia Indica, cuius prima editio sine auctoris nomine prodit Lugd. Batav. 1609. 8.* Ad sectatores Grotii pertinet Ioh. Isaac, RONTANVS, Theodor. GRASWINCKEL, Ioh. GROENINGIUS aliquique.

2. *Imperium maris defendit*

Ioh. SELDENVS in opere: *mare clausum s. de dominio maris*, libri duo, primum editi Londini 1636. 12. Seldeni sententiam sequuntur auctores varii. *Angli, Lusitani, Italicí, Germani.*

Conf. Ioach. HAGEMEYERI syllogen dissertationum de imperio maris, Francof, 1663. 12.

3. *Mediae inter utramque sententiae fauet* Théodor. GRAVER in diss. de mari natura libero patris clauso, Traiect. ad Rhen. 1728.

Conf. de scriptoribus Iuris Maritimi.

Ioh. Alb. FABRICII *Hydrotheologie* Hamb 1724. 8. 12. pag. 418. Seco

S. 232.

Quum re, occupata transeat in dominium occupantis, qui omnia pro libertu iura in rem suam exercere potest §. 136. I, gens etiam *in occupato loco*, veluti insula vel parte maris, terrae adiacentis; exercere imperium potest, immo *imperium exercere bellâ intelligitur* §. 227, ideoque locus a gente *occupatus* fit pars *territorij* sui §. 226.

S. 233.

Si gens locum quemdam dominio sua subiectum, ex c. insulam hactenus inhabitatam derelinquit; talis locus cessat esse res sua, et consequenter etiam definit esse pars territorii gentis dereliquentis, euaditque res nullius, cuilibet occupanti patens, et si occupatur ab alia gente, buius dominio et iuri territoriali subiicitur §. 159. I. et §. 232.

Praesumta vero derelictio quum reuera sit facta, neque ideo efficiat, vt is, contra quem pruesumitur, ius suum amittat §. 166. I, *praescriptio* in iure Gentium exulat §. 241. I.

1. Oppositae sententiae suffragatur Io.
Guolfg. KIPPINGIUS in comminatione de
usuacapione Iuris Publici, Helmst. 1733. 4.

§. 206.

Denique quum quilibet de re sua disponere pro lubitu possit §. 143. 1; genti etiam *ius competit*, genti alteri vel eius ciuibus *ius quoddam constituerē in territorio suo*; hinc partem territorii *oppignorare*, vel *seruitutem in territorio suo constituerē*.

1. Nic. Hieron. GUNDLINGII schediasma de iure oppignorati territorii secundum Ius Gentium et Teutonicum, Vitemb. et Lips. 1741. 4.

2. Joh. Henr. FELTZI diss. de iuris Publici seruitutibus, s. de iuribus in alieno territorio, Argendor. 1701. recus. 1737.

3. Christoph. Joh. Conr. ENGELBRECHTI commentatio de seruitutibus iuris Publici, Helmst. 1715. 4. et cum praef. Chr. G. B. v. DERI, Lips. 1749. 4.

TITVLVS II.

DE

IVRE PACTORVM
PUBLICORVM.

§. 235.

Genti competit ius paciscendi, et paciscendatum acquirendi tum alienandi et se se obligandū §. 170. et 171. l, consequenter etiam pacta cum alia gente, hoc est *pacta publica* §. 142. sanctificandi. Referenda tamen ad *pacta gentis* etiam *pacta singulorum* suorum ciuium priuata, cum alia gente vel etiam cum priuatis alterius gentis qua talibus sanctita, quatenus vniuersi testentur singulis ad tuenda eorum iura §. 91. et 215, id eoque etiam iura pacto quaesita, erga exterorū vnde quoque ad idem ipsis ius competit. Cui iuri vnius gentis respondet obligatio alterius gentis non permittendi, ut aliquis ciuium suorum fidem exteris datam fallas; quin potius efficiendi, ut quisque e populo obligationi suae erga exterum contractae, quantum fieri potest, satis facias.

O 4

§. 236.

§. 236.

Quatenus *imperans ciuilis*, cui datum imperium, et speciatim *princeps ius gentis suae seu populi babet*, *pactum imperantis publici*, quatalis, *cum alia gente vel eius imperante* non tantum ad *conuentiones gentis*, sed etiam ad *conuentiones publicas est referendam*; quippe ad iura maiestatica etiam ius pactorum publicorum pertinet §. 142: ideoque eatenus *ex promissio imperantis sui gens obligatur*, et ex eius acceptatione *gens adquirit*.

§. 237.

Quodsi vero *princeps*, qui vi leges fundamen-talis sine consensu populi pacta publica sancire nequit, eo deficiente *pactum cum alia gente nomine gentis suae sancit*, eiusmodi *conuenio principis*, qua publica, hoc est quoad gentem suam concernit, est nulla §. 167. I, et quatenus inde gentem suam obligare intendit, *vicio* §. 181. I, nec consequenter *nisi ratibabitione populi sui*, vel quibus id ius a populo concessum,

1. Henr. BODINI diss. *de contractibus summarum potestate* 1696. recus. Hal. 1743.

2. Georg. Ad. STRV VII diss. *de contractibus principum*, rec. Len. 1745.

3. Henr. Andr. WALTHER I diss. *de contractibus summorum Imperantium*, Giessae 1723.

§. 238.

S P O N S I O (publica) est pactum, quo quis nomine gentis genti alii aliquid promittit, qui hoc iure munitus non est. Sponsio itaque respectu eius gentis, cuius nomine initur, vim patet non habet, nisi ab ipsa ratihabeatur. Pacta principis, de quibus §. praec. diximus, merae sponsiones sunt.

1. Christ. THOMASII diss. *de sponsione Romanorum Caudina*, Lips. 1784. et in Eiusd. diss. Lips. (1695 4.) diss. 6. p. 428.

2. Eiusdem diss. *de sponsione Romanorum Numantina*, Lips. 1688. et in diss. Lips. diss. 14. p. 976.

§. 239.

SANCTVM *Iure gentium* vocatur id, cuius violatio publicae vel communi gentium saluti adversatur maiori gradu. Quum igitur gentium maxime intersit, ut pacta publica, quippe quae boni publici ergo percutiuntur, non violentur: *pacta publica sancta sunt, et hinc fides* §. 184. I. *publica gentibus sancte babenda,*

1. Gotl. Sam. TREVER de autoritate et fide gentium atque rerum publicarum commentatio, Lips. 1747. 4.

2. Corn. van BYNCKERSHOECK de seruando fidei paciorum publicorum, et an quae eorum tacitae exceptiones? in Eiusd. Quaest. Iur. Publici part. II. cap. 10. p. 251.

§. 140.

Quum gens sit corpus aeternum §. 90; *gens manet eadem persona moralis respectu exterorum, licet mutetur rector ciuitatis, vel reipublicae forma, vel modus exercendi aut habendi imperium publicum* cet. Quamobrem iura et obligations gentis ex pacto publico adquisitae per se specta-

*spēctatae non extinguuntur morte principis vel
alius cuiusque ciuitatis rectoris, aut mutato rei-
publicae forma, vel mutata modo imperandi cet.*
Hanc ob rationem *conuentiones publicae* ipsae
vocantur *aeterna* (perpetuae, Grotio *reales di-
ctae*), atque ideo *conuentiones publicae natura-
liter sunt aeternae*: ita ut non solum gentem et
principem praesentem, sed simul quoque omnem
gentis posteritatem omnesque principis successio-
res obligent, ideoque et in hos quoque ius ex
pacto publico quae situm transeat.

*Potest tamen conuentio publica ex consensu
gentium paciscentium expresso vel tacito esse tem-
poraria, quo et referendum pactum publicum
principis personale hoc est, ex quo principi ius
vel obligatio non transmissibilis adquiritur; quem-
admodum et conuentio talis dissensu mutuo tolli,
et hinc iura et obligationes mutuo adquisitae ex-
tingui pro lubitu possunt §. 252. I.*

§. 241.

*Quoniam foedus est pactum gentium, quo so-
cietas ineunt §. 142; foedera continent prae-
staciones non transitorias §. 1, siue in perpetu-
um*

um seu ad certum dumtaxat tempus duratura, vnde *foedera vel aeterna vel temporaria* sunt.

§. 242.

F O E D U S I N A E Q V A L E dicitur foedus illud aeternum, quod cum imminutione summi imperii aut libertatis naturalis alterutrius gentium foederatarum est coniunctum; quod minus, **A E Q V A L E** est. Etenim *gentes foedus inaequale pangentes* sunt *inaequales dignitate*, vnde etiam gens cuius imperium vel libertas in foederis pacti imminuitur, vocatur *pars minus digna*, altera ex aduerso *pars dignior*. *Gentes vero aequales foedera iunctae manent aequales*.

I. G. Adolph. SCHUBERTHI diff. de *foederibus inaequalibus*, Lips. 1715.

§. 243.

Pactis publicis et foederibus accedere in maius robur possunt iuramenta et variae cæptiones §. 224. I; pactis gentium speciatim *guarantia* caueri solet. Est vero inter gentes **G V A R A N T I A** (Guaranda) conuentio publica, qua gens genti promittat auxilium bellicum in securitatem a laetione,

sione, forte ab alia gente metuenda; ideoque auxilium contra eum, qui ipsi ius quoddam auferre conabitur. Hinc etiam in securitatem promissionis publicae adimplendae garantia sanciri; tamquam conuentio accessoria, potest. Pactam garantia munitem, seu quod seruatum iri garantia cautum est, vocatur **PACTVM GUARANTIGIATVM.**

i. Fr. Lud. WALDNER de FREUDENSTEIN diss. *de firmamentis conuentionum publicarum*, Gieß. 1753.

§. 244.

Guarantia igitur a fideiussione pro gente alia differt, quippe qua promittitur, a se praestitum id, quod gens altera debet, nisi id ipsa praeſiterit §. 228. I; ut ideo fideiussor ad plus teneatur quam guarandus. Et quum nemo alterius suum auferre possit; *guarantia non intelligitur praesita nisi salvo iure tertii.*

i. Joh. Cho. Wilh. STECK diss. *de garantia pactorum religionis ergo percusorum*, Hal. 1756.

§. 245.

§. 245.

OBSES est persona, quae traditur in securitatem debiti, scilicet pactum seruatum vel debitum praestitum iri. Itaque ut conuentiones publicae adimpleantur, etiam datis obsidibus caueri potest

§. 243. Nimirum qui *obsidem accepit, ius nanciscitur, eum resinendi, donec praesitiam fuerit, quod debetur; ideoque etiam ius, ipsum tamdiu custodiendi, quantum sufficit, ne aufugere possit.*

I. Chi. Ferdin. HARPPRECHT diss. de
iure in rempublicam obsides deferentem; Tu-
bing. 1749:



TIT. III.

TITVIUS III.

DE

IVRE LEGATIONUM.

Scriptores de iure legationum enumerantur a BARBEYRACIO in praefatione ad versionem Gallicam tr. BYNCKERSHOECKII de foro legatorum adiectam nou. edit. tr. WICQUERTII de l' Ambassadeur (Amsterd. 1746. 4.) tom. II; et a MEISTERO in bibl. Iur. Natur. part. II. p. o. seqq.

§. 246.

LE^GA^TV^S (orator) est persona, a gente, cui paret, ad aliam gentem negotii publici tractandi caussa missa §. 143. Legatus igitur est 1) *mandatarius gentis mittentis*, et consequenter intuitu negotii sibi demandati *gentem suam* qua mandantem *repraesentat* §. 221. I: qui status legati, quatenus nimirum gentem mittentem repraesentat, vocatur eius C^HARACTER R^EPRAESEN-TATIV^S (repraesentatius). Legatus 2) est *officialis gentis mittentis publicus*, ideoque qua legatus non suo, sed alieno nomine et dependenter a gente sua agit 121.

§. 247.

§. 247.

Legatus quum sit gentis mittentis mandatarius §. *praes.*; quoad negotium publicum sibi commissum iisdem iuribus fruitur, iisdem obligationibus tenetur, quibus muniretur et adstringi-
retur gens mittens, si ipsa negotium exsecutura
quisset, tum respectu gentis, ad quam mittitur,
tum etiam intuitu tertiae gentis ciuslibet §. 222.
I. Atque hoc sensu affirmari potest, *cbaracte-*
rem repreaesentatiuum legati per uniuersum ex-
tendi terrarum urbem.

I. Henr. COCCATI diss. *de repreaesentatiua legatorum qualitate*, Heidelb. 1680.

2. Ioh. Eberh. ROESLERI diss. *de iuribus legatorum ex Iurisprudentia Naturali demon- stratis*, Tubing. 1713.

§. 248.

Quoniam a natura res est merae facultatis, et cuiuslibet arbitrio vi libertatis naturalis relin- quenda, utrum sui copiam aliis facere, peten- tem audire, cum alio colloqui, deliberationes agere. negotia tractare, pacisci cert. velit §. 76. I.
nobis

nobis naturaliter ius non est vi exigendi, nec id eo ulli incumbit obligatio patiendi, ut ipsi doce deria nostra exponamus, vel ab eo aliquid petamus; nisi quatenus nobis aliud remedium ad ius nostrum tuendum non suppetit, eiusmodi exemplum exstat §. 135. I, et §. 289. I.

Quamobrem naturaliter etiam a voluntate gentis dependet, utrum velit vel nolit LEGATVM sibi missum ADMITTERE, hoc est ei facultatem concedere, exponeendi ipsi negotium sibi demandatum. Hinc si legatum recusat, genti mittendi iniuriam non infert, nec ipsi rationes reddere recusationis tenetur §. 80. I.

§. 249.

Et quum gens territorii sui domina sit §. 226; naturaliter etiam a voluntate gentis dependet utrum legatum, siue ad seu aliam gentem missum, a territorio suo arfere, an ipsi aditum, commorationem et transitum concedere velit §. 226.

Quamobrem obligatio gentis ad legatum aliis gentis admittendum, ipsius transitem et commorationem in territoria sua concedendum, naturaliter

liter ex eius deum consensu, ideoque ex pacto est repetenda. Vnde simul patet, gentem legato alterius gentis modum et conditiones praescribere posse, sub quibus ipsum admittere vel transitum ipsi concedere velit §. 226.

§. 250.

LITTERAE CREDENTIALES sunt, quas gens mittens dat legato ad eam, ad quam mittitur, et in quibus eum legatum suum apud eamdem gentem declarat. *Legatus litteris credentialibus instrutus esse debet, quatenus genti aliter de voluntate mittendis constare non posset. Traditis et acceptis litteris credentialibus gens obligatur, legatum sibi missum agnoscere qua talēm, hoc est qua mandatarium et repraesentantem gentis mittentis §. 246.* Et quin acceptando hasce litteras gens in admissionem legati sibi missi consentiat; *acceptatis litteris credentialibus legato competit ius in admissionem.*

§. 251.

IUS COMMEATVS est ius securè hinc indeuendi, et LITTERAE LIBERI COMMEATVS sunt

sunt, quibus ius commeatus alicui conceditur. *Legatus itaque transfere per territorium alterius gentis ibidemque commorari nequit nisi ius commeatus ipsi a gente extra concedatur §. 249.* *Datis vero a gente et acceptatis a legato vel gentemittente litteris liberi commeatus ad hoc ipsi ius est vi pacti.*

I. *Diss. mea de transitu et admissione legati ex pacto repetendis, Gottingae 1748.*

§. 153.

Quum ius in sine ius simul contineat ius in media, modo per se non fuerit illicita; legato conceditur admissio negotiique publici contractio, simul ius confertur in omnia, ad negotium publicum tractandum necessaria. Cui iuri respondet gentis, ad quam legatus mittitur, obligatio, 1) ad non impediendum legatum in iis, sine quibus negotium publicum tractare non potest, 2) ad non permittendum, vt in his ab alio quodam in territorio suo impediatur, ideoque ad ipsum pertenegendum §. 102.

§. 253.

Legato vi mandati ius competit, nomine et iure gentis suae, ideoque, quum gens sit libera, independenter ab alia gente peragendi negotium sibi demandatum. In quod quum consentiat gens legatum admittens §. 248.; consentire etiam intelligitur, ut legato competit ius ab ipsa independens in omnia, sine quibus hoc officio fungi nequit; atque in omnes actus ad negotium publicum siue directe siue indirecte tantum spectantes. Quamobrem legatus admissus, quoad negotium publicum sibi demandatum, et quoad omnia, sine quibus hoc negotium gerere nequit, et quoad omnes actus hoc spectantes, imperio et iuri territoriali gentis, ad quam est missus, naturaliter subiectus non est.

Atque eatenus legatus admissus una cum COMITATV, hoc est personis, quarum ministerio vtitur in obeunda legatione, cum suppellectile atque vasis seu rebus sunt, atque cum aedibus, quas inhabitat; iure peregrini priuati, et consequenter iure subditi temporarii haberi nequit §. 229; quia potius ipsi competit quaedam immunitas
seu

seu exemptio a iure territoriali gentis, ad quam missus est, quod ius vocari suevit EX TERRITORIALITAS, quanta nempe cum iure gentis in sui conseruationem et securitatem publicam, cuius gens neutriquam renunciat, consistere potest.

§. 254.

Paritate si gens legato transitum concedit; consentire simul intelligitur, ut legatus quoad ea, quae ad negotium publicum sibi demandatum spectant cum comitatu et vasis et hospitio sit immunitus ab imperio et iure territoriali suo, ideoque ut eatus sit exterritorialis §. 253.

§. 255.

Quum vero genti cuilibet integrum sit, conditiones praescribere legato, sub quibus admissionem ipsi et transitum permittere velit §. 249; legatus conditionibus, admissioni vel litteris liberis commeatus adiectis, iisque, quae tamquam tacita subintelliguntur, adstringitur. Atque ita patet modus quo exterritorialitas legati restringi imminuque potest.

§. 256.

Si legatus laeditur, gens mittens ipsa intelligitur laedi in persona legati, non tantum qua subditi sui §. 746, sed simul etiam qua mandatarii sui et officialis publici, negotiorum maiestatum nomine et iure gentis administrantis §. 246.

130. Vnde liquet, legato competere *inuiolabilitatem* eminentiori gradu et *sancitatem* (sanctimoniam) §. 239: quae sanctimonia ipso specie solet tribui, quatenus a iurisdictione alterius gentis est immunis §. 253.

1. Joh. SCHLEVSINGI diss. de legatorum *inuiolabilitate*, Lips. 1690. rec. Vitemb.

1743.

2. Observations duae, quarum altera de *inuiolabilitate legatorum in genere*, altera de *endem iure in specie agit*, in *Observat. Halensis*. tom. IX. p. 272. 355.

3. Joh. Eaur. FLEISCHERI diss. de *inribus et iudice competente legatorum*, Hal.

1724.

§. 257.

Quum vero ad ignorata nemò teneatur; quamquam innoscat genti hanc personam, quae in terri-

territorio suo degit, esse legatum, ipsum exterritorialem et sanctum stricto sensu habere non obligatur, sed potius iure priuati peregrini, consequenter tamquam subditum temporarium spectare potest §. 229.

S. 258.

Quoniam quidquid legatus qua mandatarius gentis mittentis agit, id ipsa gens mittens agere intelligitur §. 247: pactum legati, vi mandati sui cum gente alia percussum, est conuentio publica §. 142; consequenter quidquid tali pacto legatus nomine gentis suae promittit, ad illud praestandum gens mittens obligatur, et quidquid contra nomine gentis suae acceptas, id gens mittens adquirit §. 222. I.



IURIS GENTIVM UNIVERSALIS.

SECTIO IV.

IVS BELLIGENTIVM.

§. 259.

Genti laesae in gentem laedentem competit ius
violentiae §. 259. I. et 210. Laeditur vero
gens a gente, non tantum, 1) si ius, quod imme-
diata ad uniuersam gentem pertinet, ab altera
gente vniuersa violatur; sed etiam 2) si gens uni-
uersa singulo alterius gentis membro suum non
tribuit §. 215; immo etiam 3) si singulas quidam
e gente singulum alterius gentis ciuem laedit,
quatenus genti factum cuius sui imputari potest
velut approbando vel ratihabendo §. 31. Pr.

§. 220.

Actus, quibus certae tantum personae, vel
certa tantum bona gentis ab altera gente, re-
saciendi damni caussa, capiuntur vel detinen-
tur, vocantur R E P R E S S A L I A E. Speciatim vero
captura et detentio certarum personarum alterius
gentis

gentis eo finet & gente facta; ut ista de iure violato huic satisfaciat, vocatur ANDROLEPSIA (Viricatio). ¹¹ Genti laesae in laudentem competit ius repressaliarum et androlepsiae, si medium lenius ad ius suum consequendum non sufficit §.

259. I. Nic. Cho. KYNGEBR. diss. de iure,

repressaliarum iurisque Gentium et Civilis
qua illud: convenientia, et disconuenientia,
Ien. 1691. rec. Ien. 1747.

2. Lud. Mart. KAHLI commentatio de
iustis repressaliarum limitibus tum a genti-
bus tum a statibus S. R. I. obseruandis Got-
ting. 1746. 4.

§. 261.

R E T O R Q V E O I U S , si; quo iure sibi viso quis
erga me vitetur , eodem et ego erga illum vtor ,
seu si, quam quis actionem erga me exercet tam
quam iustum, eamdem et ego deinceps erga illum
exerceo. Naturaliter cuique competit ius , re-
torgundi ius contra alterum §. 72. I. Quam-
obrem non tantum, si quis officium aliquod cha-
ritatis alteri denegat, huic ius est, idem isti al-

P 5

teri

teri vicissim denegandi, qualis retorsio vocatur
R E T O R S I O I U R I S I N I Q V I (molesti); et etiam
 si quis officium aliquod necessitatis alteri denegat,
 huic ius est idem eidem vicissim denegandi, quae
 retorsio appellari potest. **R E T O R S I O I U R I S I N -**
I V S T I, iuris scilicet spurii, quod ius esse falso
 contenditur. Atque hoc *ius retorquendi ius iniustum* referendum est ad iura laesi in laeden-
 tem, quippe denegatio officii necessitatis ad lae-
 siones pertinet.

Quamobrem et genti competit ius retorsionis in gentem aliam §. 250. Hinc quod ius, seu molestum seu iniustum, gens quaedam statuit in ciues alterius gentis; eodem iure et haec gens ut in ciues alterius gentis potest. Speciatim vero ad iura gentis laesae referendum etiam est ius retorquendi ius iniustum.

Car. Otton. **R E C H E N B E R G I I vindictae iurium reipublicae et fisci in doctrina retorsionis**, Lips. 1726. 4.

2. Ioh. Godofr. **B A V R I** meditationes de vero fundamento, quo inter ciuitates nititur retorsio iuris, Lips. 1740. 4.

§. 262.

Bellum, quod inter gentes geritur, vocatur
BELLVM PUBLICVM; quod inter priuatos pro-
 prio nomine, **PRIVATVM**; quod denique vna
 ex parte est publicum ex altera priuatu, **MIX-
 TIVM** est. *Gentilaeas competit ius belli publici,*
quatenus ius suum aliter consequi non potest. §.
 259. I.

*Bellum publicum a repressaliis, reversione in-
 tris iniusti et similibus actibus violentis et facti
 viis, gradu diffus, ita scilicet ut a gradu minori
 gradus specie maximum: quippe bellum non re-
 stringitur ad certos tantum violentiae actus, sed
 inuoluit propositum, alteri omnem, quanta opus
 fuerit, vim inferendi.*

1. Steph. WAGA dis. de iis quibus ius
 belligandi competit, Vitemb. 1739.

§. 263.

*Quoniam laesio est causa iustifica belli, tant
 quam medij ad ius suum tuendum necessarii, siue
 laesio sit illata, siue actu inferatur, siue immi-
 niat; bellum gentis contra gentem iustum est in-
 tuitu*

*tuitu finis, cuius finis est, indemnitas, defensio
vel securitas sua §. 267. I.*

I. Ioh. Petr. LVDEWIG diff. de iuris
Gentium laesione, Halae 1741.

§. 264.

*Et quin laesio sit vanca belli caussa iustifica;
iniustum est bellum, quod geritur ex sola utili-
tate, et ex solis rationibus suasoriis, utpote quae
ab utilitate desinuntur; vel ad perspouandam
paciem gentem, ut nostram religionem amplexa-
tur. Hinc etiam ob idolatriam, atheismum
alioque in Deum, crimina genti inferre bellum,
quod bellum punitium vocant, nefas est.*

P. Ernest. Cho. ARNOLDI diff. de iure
conuenientiae quoad Ius Privatum et Publi-
cum, Giess. 1742.

Joh. SCHMIDT diff. de bello punitivo,
Lipf. 1714.

§. 265.

*Quamobrem nec potest crescere ei praepon-
tentia gentis per se sunt caussae belli iustificare:
per accidentem tamen tales evadere possunt, si cum
laesione imminente fuerint coniunctae: qualis
POTEN-*

POTENTIA CRESCENS et PRAEPOTENTIA
vocari solet TREMENDA. Atqua *hoc quidem ex factis est collendum*, si ex. gr. gens gentium vicinam iniustus armis lacepsit vel opprimit. Itaque aduersus gentem, cuius potentia crescens vel prae*potentia est tremenda*, ad auertendam laesionem et securitatem in futurum sibi afferendam arma capere licet §. 263.

S. 266.

A EQVILIBRIV M INTER GENTES est ille plurium gentium status relatiuus, quo praepotentiae vnius vel quarundam potentiae coniunctae potentia coniuncta aliarum est aequalis. Itaque aequilibrii inter gentes conseruatio per se causa belli iustifica non est; fieri tamen talis potest, si gentis vnius vel plurimum coniuncta praepotentia manifesto proposito contendat ad alias gentes subiugandas, vel ad eorum securitatem iniustis armis turbandam §. praec. Atque eatenq; ad aequilibrium inter gentes tuerundum licent, quae contra gentis praepotentiam tremendam licere ostendimus §. praec.

I. Joh. Georg. NEVREVTERI diff. Iur. Natur. de iustitia aequilibrii finibus, Mogunt. 1746.

§. 267.

§. 267.

Actus, quo gens genti expresse declarat, se ius suum aduersus ipsam bello persequi velle, est **B E L L O** publici **D E N V N C I A T I O** (belli indictio). Quoniam ad belli publici iustitiam sufficit, quod gens sit laesa, et aliter quam bello ius suum consequi non possit §. 262: *indictio belli*, siue per legatum seu per praeconem seu scripto facienda, *necessaria non est*, ita scilicet, ut bellum sine praevia denunciatione illatum ea propter simpliciter iniustum praedicari debeat.

1. Ioh. Iac. MULLERI diff. *de iure fe-
ciali*, Ien. 1639.

2. Ioh. Conr. LOEW diff. *de inductione
belli*, Altorf. 1754.

§. 268.

In bello publico gens gentis est hostis: hisc omnes et singuli ciues et subditi utriusque partis belligerantis sunt hostes erga se inuicem et personae hostiles; res vero omnes, quae ad gentes belligerantes earumque ciues et subditos singulos pertinent, totumque earundem territorium sunt res hostiles.

Actus

Actus, quo summus imperans subditis suis vel etiam aliis gentibus expresse declarat, se contra certain gentem bellum suscepisse, est B E L L I p u b l i c i P U B L I C A T I O. Vnde facile liquet, publicatione belli subditis facienda utique opus esse. Quod pro datir quidem circumstantiis etiam de publicatione belli, aliis gentibus facienda, valet.

§. 269.

Quam gens sit persona libera; genti in bello iusto ius competit in omnia media coactiva, sine quibus ius suum consequit nequit §. 259. I. hinc ius infinitum in gentem laudentem §. 261. I, et in dubio ipsius iudicio relinquendum, qnid ad ius suum consequendum necessarium esse existimet §. 262. I.

§. 270.

Quamobrem gens in bello iusto ius habet, tantum vim adhibendi, quanta sufficit ad superandam hostis iniusti resistentiam, ad eius vires imminendas, ad ipsum permouendum; ut a resistentia desistas et bellum finiat.

Porro,

Potio, quum omne detrimentum, quod hosti iusto ex bello oritur, hosti iniusto imputari possit quantum damnum ab ipso datum, ad quod resarcendum tenetur; consequenter hostis iniustus teneatur ad res bello iniusto ablatas restituendas, aut in subsidium ad aestimationem praestandam, ad satisfaciendum de domino, si quod dedit, irreparabili, et ad soluendas impensas ab altero in iustum bellum factas: etiam illa vis gentis iuste belligerantis, quae ad hoc consequendum est necessaria, iusta est.

Atque hoc ius perdurat, ideoque bellum continuare licet, donec iustus belligerator ius suum fuerit consecutus, ideoque donec pars aduersa aquas pacis conditiones offerat, atque oblatas acceptet, in subsidium vero, donec prorsus devictae pactum pacis extorqueantur.

§. 271.

Et quin ad hos fines obtainendos ius hostis iussit infinitum §. 269; eatenus omne medium nocendi iustum erit, siue manifestum siue occultum fuerit §. 262. I, quocumque tempore et quocumque

quæ loco inferatur, modo ius tertii non violetur.
 Et hinc *sunt* erunt omnes ACTVS BELLICI,
 hoc est quomodocumque belli caussa suscepiti, et
 omnes OPERATIOnES BELLICAE, tales actus
 bellici, quibus hosti vel rebus eius vis actu in-
 fertur, vel vis inferenda aut arcenda proprius
 præparatur.

§. 272.

Itaque in hanc finem genti iuste belligeran-
 ti ius competit, personas hostiles, ad gentem
 nempe hostem iniustum pertinentes, [inuadendi;
 sapiendi, resistentes interficiendi.

Atque ideo ipsi etiam licet uti dolo (modo non
 in pactis adhibetur §. 179. I.), quo simulatio,
 dissimulatio, falsiloquium, insidiae, cet. perti-
 nent; porro uti veneno, STRATEGEMATIS,
 quae sunt actus bellici improvisi, tam in dolo
 quam in vi consistentes, EXPLORATORIBVS,
 qui clam commorantur apud hostem, ut inqui-
 rant et nuncient, quod de statu et proposito
 hostis nosse interest hostis alterius; et PERCVS-
 SORIBVS, qui mercede conducti ex insidiis
 hostem interficiunt.

Q

I. Ioh.

1. Ioh. Georg. SCHERTZI diff. *de dolo
in hostem licito*, Argent. 1703.

2. Chr. Car. STEMPELI diff. *de stratis
gematis bello licitis*, Vitemb. 1713.

3. Wilh. Hier. BRUCKNERI diff. *de ex-
ploratoribus*, Ien. 1700. rec. 1746.

S. 273.

Pariter eo fine et in res hostiles iusto belligeranti ius patet; ideoque ius, tum vi aperta, tum dolo atque strategemate exhibito, eas in potestatem suam redigendi. Vnde intelligitur quatenus licita sit OCCUPATIO BELICA, i.e. actus, quo hostis rem alterius hostis in potestatem suam redigit; rerum hostilium EREPTIO, quae strictius earum ablationem violentam denotat; et speciati in DIREPTIO, rerum mobilium ex locis hostium, in quibus adseruantur, erupcio, atque fortalitorum expugnatio; immo etiam VASTATIO rerum hostilium, hoc est actus, quo ipsae corrumpuntur vel destruuntur.

Hinc tali belligeranti etiam ius est, territorium hostile in potestatem redigendi; atque ab hosti-

*hostibus deuictis operas aliasque præstationes
quæ, quatenus in dando consistunt, tributa mi-
litaria vocari solent, exigendi:*

§. 274.

*Et quia hostis iustus rerum hostilium in poter-
statem redactarum dominium adquirit §. 266. I;
genti cedit, quidquid iusto bello occupat, eripit,
diripit, et omnis P R A E D A, quæ consistit in re-
bus mobilibus hosti a militibus ablatis, vnde et
deprædationis conceptus et iustitia patet.*

*Similiter et in deuictos atque captos hostes ipse
potest acquiri imperium pactione de super sanc-
ta: cui standum. Sola quippe victoria decidens
et capture hostis non sufficit ad acquirendum in
ipsum imperium §. 72, immo nec sola captiu-
ta liberat ab hostilitate. §. 304. I:*

§. 275.

*Porro quum genti iusle belligeranti iura hostis
iusti omnia competant §. 259; genti in bello ius-
lo etiam ius est, belli auxilia §. 274. I. et socios*

Q. 2

Quæc

quaerendi, hinc foedera belli pangendi §. 149.
Gens tertia, quae fert auxilium bellicum iusto
belligeranti, ipsa euadit hostis iusuri: sin belli-
geranti iniusto, ipsa tamquam hostis iniustus est
spectanda §. 274. I.

I. Hérr. COCCZI diss. de iure belki in
 amicos, Francof. ad Viadr. 1697.

§. 267.

Ceterum cuilibet genti vi libertatis naturalis
 permittendum, ut in bello aliarum gentium neu-
 tras partes sequatur, ideoque cuilibet compe-
 tit ius neutralitatis §. 275. I. Et quum talis
 gens sui sit domina territorii; in quod nemo sibi
 ius arrogare potest §. 226; nulli genti quamvis
 iuste belligeranti licet, in territorio pacato, hoc
 est in territorio gentis mediae hostem suum perfe-
 qui, aut res eius capere.

I. Chri. Godofr. FRANCKENSTEINIE
 diss. prior de his, qui neutræ in bello pars
 sequuntur', Lips. 1687.

§. 277.

§. 277.

Quatenus in hostem iniustum omnia media coactiva licita §. 269; *ius* etiam est genti iuste belligerante, quae ex pacto, ante bellum initio, hosti debet, ipsi non praestandi, et quae vitalis pacti praestitit, iterum eripiendi. Atque ita hostis iustus et gens in bello naturaliter non tenetur pactis, cum hoste iniusto ante bellum ex eum initis.

Quod si tamen consenserint gentes, ut etiam in casum belli pactum aliquod valere debeat, valbit: quippe tunc promittens renunciauit in antecessum iuri suo, recedendi a pacto, quod ipsi exorto bello contra hostem iniustum aliquando competere posset; ideoque eidem mare obligabitur.

§. 278.

PACTA BELLICA vocantur, quae inter belligerantes perdurante bello sanciuntur: ita nimirum, ut per ea bellum non finiatur. Quum pacta sint seruanda, *pacta etiam bellica sunt adimplenda*. Et quum hostis, etiam iniustus, homo

Q 3

effe

esse non desinat, iuriumque humanorum, hinc et iuris promissa acceptandi, particeps maneat; hostis vero, etiam iustus, quatenus quid hosti iniusto per pactum promittit, iuri suo in hostiem iniustum renunciet §. 277; porro pacta inter gentes maiori gradu iniuiolabilia sint et sancte habenda, gentisque genti data fides non fallenda §. 239; immo si falleretur, pax ipsa, cuius tam
men causa ius belli datur, vehementer retardaretur, bellumque sine necessitate, ideoque sine iure protraheretur: *quidquid hosti, etiam iniusto, ab hoste, etiam iusto, pacto ceteroquin validum promittitur: id ipsi est praestandum.* Atque haec obligatio corroboratur ex ea obligacione, qua singulis vniuersi tenentur, ad bellum, tot calamitatibus Funestum, quantocius finendum, pacemque aliam quoquis modo accelerandam §. 91.

1. Ioh. Ioach. R A N G O N I S diss. *de fide bellica*, Lugd. Batau. 1694, auctior rec. Rostoch. 1698. 8. et Helmst. 1746. 4.

2. Iac. Aug. F R A N C K E N S T E I N I oratio *de dolō in bellis illicito*, Lips. 1721. 4.

§. 279,

§. 279.

IN D U C I A E sunt pactum bellicum, quo sus-
penduntur utrinque ad certum tempus omnes
actus bellici. Quoniam intentio belligerantium
in hac pactione est, ut intra tempus conuentum
pars utraque ab omni vi se se abslineat, elapsio au-
tem hoc tempore hostilitatibus denuo utrinque
loeus sit: consequitur, ut *induciae per tempus*
conuentum et personis et rebus utriusque partis
securitatem praestent, atque *induciis fanticis*
omnis vis bellica ad tempus cesseret, vnde *induciae*
appellantur pactum bellicum uniuersale. Nihilo-
minus tamen *per inducias bellum non finitur*, et-
iam si in longius tempus fuerint contractae.

1. *Conr. Sam. SCHVRTZFLEISCHI*
diff. de induciis, Lips. 1668.

2. *Ioh. STRAVCHI* diff, quinque *de induciis bellicis*, cum aliis eius diff. Brun-
swig. 1662. 4. et seorsim Wittemb. 1668. 4,

§. 280.

Reliqua pacta bellica sunt particularia, quie-
bus vis bellica quoad certas res, loca, perso-
nas,

Q 4

nas, negotia aut prorsus tollitur aut ad' tempus suspenditur. Pertinent huc pecta bellica, quibus *liber commatus* §. 251, conceditur, vel **S A L V A - H V A R D I A**, hoc est immunitas certarum personarum vel rerum a vi bellica; porro **A R M I S T I T I V M**, pactum, quo suspenduntur utrinque actus bellici ad certum negotium transitorium ex sequendum, **P A C T U M D E D I T I O N I S**, quo conuenit, ut certus locus hosti tradatur, vel ut certae personae se hosti tradant, *pactum de redimendis aut permutandis utrinque captiuis*, cuius species est *pactum de LY T R O*, quo conuenit de pretio, pro reddendis captiuis soluendo. Quibus pactis omnibus eorumque conditionibus standum:

§. 281.

Bello publico finem imponit *pactio pacis* §. 304. I: quae pertinet ad pacta subiectionis, si gens deuicta vi illius imperio victoris sese submittit §. 98; sin minus, est conuentio gentis cum gente, consequentur conuentio publica §. 142, quo et referendum est foedus inaequale, pactio pacis stabilitum §. 242.

Pactio

Pactio pacis, quatenus nèmpe eius validitatè nihil obstat §. 168. I, *verringue sancte seruanda* §. 239., tamquam *conuensio aeterna* §. 240; et quum **PAX RVMPI** dicatur, si pacis pactio non seruetur, *pax non rumpenda*.

I. Andr. Eliae ROSSMANNI progr. de exceptionis *Iuris Gentium in negotio pacis*.
Halae 1738. 4.

§. 282.

Quoniam belligerantes pace facta litem, quæ caussam belli dedit, mutuo consensu terminant; aut eerte iuri, ius suum controuersum vi armorum in futurum persequendi, renuncient; quippe alias non pax, sed induciae essent pactae §. 279; *pace facta*, propter eamdem caussam atque litem, ob quam bellum hactenus gestum fuit, dominio bellum suscipere nefas est.

§. 283.

Ceterum lites gentium pleraque ius vel quodammodo saltem dubium, etiam probatione utrin-

Q 5

que

que inflituta, complectuntur: atque eatenus vi libertatis naturalis utrique litigantium tum a parte aduersa tum a reliquis etiam gentibus permit-tendum, ut suo stet iudicio §. 297.; tertiae certe genti nullum ius est, pro suo arbitrio deci-dendi aliarum gentium controuerfias §. 297. I.

§. 284.

Atque ideo lites gentium pleraque non nisi mutuo litigantium consensu terminiri possunt: qualis deprehenditur in amicabili compositione §. 298. I, transactione §. 298. I, laudo §. 299. I, forte 300. I; euimque in fine in legati mitti, con-gressus et tractatus institui, mediatores etiam et arbitratores adhiberi possunt §. 301. I.

§. 285.

Quod si in causa dubia gens altera offert placi-dum terminandae litis modum aequis conditioni-bus, altera vero consentire in oblata recusat; pfferenti ius belli competit in partem aduersam, ut ipsi in caussa dubia vel saltē pro parte et ali-quo modo satisfaciāt, ideoque ius, partem ad-uersam ad transactionem vi et bello compellendi §. 302.

§. 286.

§. 286.

Quoniam itaque plerumque gentium lites, et hinc bella publica ex causa dubia exoriuntur §. 283; praetereaque si inter gentes, iudicem communem non agnoscentes, secundum leges Iuris Naturalis praecise determinandum esset, a cuius parte stet veritas in lite, ei quantum ipsi tum ob ius suum in lite in deductum, tum ob bellum inde enatum debeatur, negotium exitum non haberet: aliud experientia teste finienda litis inter gentes belligerantes non reperitur medium, nisi ut, in dubio relictum, tum causarum, belli tum factorum in bello vtrinque perpetratorum; iustitia seu iniustitia, solo consensu mutuo rem confiant. Quam obrem omnis pacis pactio, qua conuentio publica, naturaliter per modum transactionis conclusa intelligitur §. 298. I. et §. 285.

§. 287.

A M N E S T I A in sphaera Iuris Gentium vocatur iniuriarum vtrinque factarum et acceptarum in sempiternum sancta obliuio. Quin gentes belligerantes facta pace ob eam causam, propter quam bellum gestum, bellum denuo suscipere neque

nequeant §. 282, immo transigant de iniuriis, utrinque haec tenus factis vel acceptis §. 286: liquet, *pactio pacis naturaliter inesse amnestiam quoad actus externos.*

1. Henr. Coccetti diff. *de iure postlimii in paco et amnestia*, Heidelb. 1691, rec. Francof. ad Viadr. 1712.

2. Wolfg. Ehrenr. a Klüx diff. *de amnestia*, Lips. 1736.

§. 288.

Quod si vi pacis factae res quaedam alteri danda vel reddenda: quum ex pacto statim incipiat ius acceptantis §. 185. I; res tradenda, qualis est tempore pacti pacis sancita, ideoque non licet eam deteriorare vel corrumpere, antequam tradatur. Ergo eiusmodi res etiam tradende cum omnibus iuribus ei cobraerentibus, et cum omnibus fructibus aliisque accessoriis a die pacti perfecti.]



IVRIS NATVRALIS
NOTIONVM
VTRAQVE PARTE CONTENTORVM.
I N D E X.

* Numerus §. iudicat. litteras partem posteriorem.
A.

<i>Abrogatio legis</i>	115 <i>p</i>	<i>Actio permissa</i>	46
<i>Abusus rei</i>	156	<i>simulata</i>	89
<i>Acceptare</i>	169	<i>sincera</i>	89
litteras credentiales legati	250 <i>p</i>	<i>Actus bellicus</i>	271 <i>p</i>
<i>Acceptatio putativa</i>	197	in praeiudicium alterius	289
<i>Accessio late, stricte</i>	151	<i>merae facultatis</i>	49
artificialis, fortuita, industrialis, naturalis	151	<i>principis</i>	
putativa	155	<i>priuatus</i>	157 <i>p</i>
<i>Accessorium late</i>	151	<i>regius</i>	
<i>artificiale,</i>		<i>religiosus</i>	132 <i>p</i>
<i>fortuitum</i>	150	<i>rel. arbitrarius</i>	
<i>stricte</i>		<i>essentialis</i>	132 <i>p</i>
<i>Accipere</i>	167	<i>saecularis</i>	132 <i>p</i>
<i>Achaice respublicae</i>	192 <i>p</i>	<i>validus</i>	117
<i>Actio ciuiliter indiffe-</i>		<i>Adiaphora ciuilia</i>	107 <i>p</i>
rens	107 <i>p</i>	<i>in religione</i>	138 <i>p</i>
debita	12	<i>Administer reip.</i>	120 <i>p</i>
ex errore	195	<i>Administratio reipublicae</i>	
ex ignorantia	125	<i>reip. extrinseca</i>	108 <i>p</i>
iniusta	52	<i>intrinseca</i>	108 <i>p</i>
iussa	45	<i>Admittere legatum</i>	246 <i>p</i>
iusta	51	<i>Adquirendi modus</i>	117
<i>iusta sensu aiente</i>	98	<i>Adquirere</i>	77
<i>sensu negante</i>	98	<i>Adquisitio iputativa</i>	133
libera	7	<i>Adquisitionis titulus</i>	117
minus sincera	89	<i>Adseueratio</i>	23 <i>p</i>
moralis	23	<i>Adulter</i>	49 <i>p</i>
<i>moraliter bona,</i>		<i>Aemuli regni</i>	173 <i>p</i>
<i>mala</i>	23	<i>Aequales</i>	81
		<i>stricte</i>	86
		<i>Acqua-</i>	

Potio, quum omne detrimentum, quod hosti iusto ex bello oritur, hosti iniusto imputari possit quamquam damnum ab ipso datum, ad quod resarcendum tenetur; consequenter hostis iniustus teneatur ad res bello iniusto ablatas restituendas, aut in subsidium ad aestimationem praestandam, ad satisfaciendum de domino, si quod dedit, irreparabili, et ad soluedas impensas ab altero in iustum bellum factas: etiam illa vis gentis iuste belligerantis, quae ad hoc consequendum est necessaria, iusta est.

Atque hoc ius perdurat, ideoque bellum continuare licet, donec iustus belligerator ius suum fuerit consecutus, ideoque donec pars aduersa aquas pacis conditiones offerat, aut oblatas acceptet, in subsidium vero, donec prorsus devictae pactum pacis extorqueatur.

§. 271.

Et quum ad hos fines obtainendos ius hostis iustus infinitum §. 269; eatenus omne medium nocendi iustum erit, siue manifestum siue occultum fuerit §. 262. I, quocumque tempore et quocumque

que loco inferatur, modo ius tertii non violetur.
Et hinc iusti crunt omnes ACTVS BELLICI,
hoc est quomodocumque belli causa suscepiti, et
omnes OPERATIONS BELLICAS, tales actus
bellici, quibus hosti vel rebus eius vis actu in-
fertur, vel vis inferenda aut arcenda proprius
praeparatur.

